SACRA NATALITIA

GUILIELMI,

WÜRTTEMBERGIAE REGIS AUGUSTISSIMI, CLEMENTISSIMI

V. CALENDAS OCTOBRES MDCCCLVI

CELEBRANDA INDICIT

EDUARDUS ELWERT,

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR, SEMINARII REGII EVANGELICO-THEOLOGICI IN VALLE SPECIOSA EPHORUS.

INSUNT:

I. LIBER RUTH, EX HEBRAICO IN LATINUM VERSUS PERPETUAQUE INTERPRETATIONE ILLUSTRATUS. SCR. **C. L. FR. MEZGER,** PROFESSOR.

II. NACHRICHTEN ÜBER DAS SEMINAR SCHÖNTHAL.



A 24/Schön, -1856-

TUBINGAE,

EX OFFICINA LUD. FRID. FUES.

1856.

Ad diem natalem Regis nostri clementissimi pie celebrandum quum hoc anno id mihi obtigisset muneris, ut oblato qualicunque opusculo nomine praeconis Seminariorum prodirem, id potissimum argumentum tractandum ratus, quod harum scholarum studia quam proxime attingeret, hunc libellum Veteris Testamenti tantum non brevissimum veruntamen ob miram et rerum et scripturae suavitatem aestimatione dignissimum versione et scholiis perpetuis illustrare tentavi. Non igitur satishabebam, si de illis tantum locis, quos alii interpretes aut silentio praeterierint aut minus recte parumque plane et acute explicarint, fusius disputarem, sed quamcunque vel rerum vel verborum explanationem schola quidem requirere videretur, suo quamque loco proposui. Quam quum ab usitata aliquid abhorrentem rationem ingressus sim, pauca videntur non dico excusanda sed praemonenda. Quoniam enim in usum venit, hocce commentationum genere ut abituros ad studia altiora adolescentes, qui per quadriennium curae et institutioni nostrae traditi fuerant, tanquam viatico litterario instructos prosequamur, primum omnium eorum usui inservire haud abs re fore putavi. Itaque hoc munusculum discessuris in manus traditum ita volui institui, ut et ea, quae pridem hac in schola persecuti sunt studia, gratam in memoriam revocaret et ad strenue colendas protinus pleniusque perscrutandas has litteras tacite moneret Libelli autem eum in modum instituti eo minus me poenituit, quia sic alterum simul usum, qui mihi propositus erat, ex opera mea redundaturum confido. Etenim id quoqne mea intererat, ut simplice aliquo et quasi rotundo specimine periclitarer, si possem docere, quaenam fere, postquam discipuli primis linguae rudimentis satis instructi fuerint, in tractando V. Tti libro historico sequenda esset via ac ratio. Idque non magis dictum velim de iis, quae ex apparatu doctrinae exegeticae hunc ad usum deligi ac proponi, quam quae praetermitti opus esse videretur. Nam magistri munus esse duplex, ut et cognitu digna aperiat illustretque et suo loco reticenda reticeat, quis est qui ignoret? Hinc alia fusius tractata, alia paucis transacta vel omnino praetermissa, hinc argumenta, quas dicunt rerum epitomas, demum post suum quodque capitulum interserta, hinc denique, quae de compositione libri aliisque id genus quaestionibus criticorum disserenda essent, brevius explanata et ad calcem commentarii videbis subjecta. Nihilominus fieri non potuit, quin aliquot locis seu criticorum quaestionibus et conjecturis a schola plus minusve abhorrentibus aliquid dandum ratus, sive nonnunquam, ne gravioribus de rebus nihil viderer habere, quod ipse judicarem, nonnulla eaque asteriscis (*) distincta adjecerim, de quibus ipse equidem haud perinde putem in scholis disserendum esse. Versionem denique latinam et subsidium et quasi compendium fore putavi interpretationis haud contemnendum, cujus ope ad cognitionem potissimum rerum grammaticarum aliquantum adjumenti afferri posset. Eamque ita volui compositam, ut in neutram partem esset conspicua, nec jejunitate afferret fastidium nec taedium excitaret nimia elegantia.

LIBER RUTH.

CAP. I.

1) Illa dein aetate, quum rerum arbitri erant Sufetes, quos vocant, accidit, ut propter famem domi exortam vir quidam a Bethlehemo, quod erat tribus Judaicae oppidum, una cum uxore duobusque filiis proficisceretur in agro Moabitico hospitaturus. 2) Et nomen quidem erat viri Elimelechus, uxoris Noomia, filiorum alterius Machlon,

---

1) Voc. וַיְהִי noli ad exemplum veterum interpretum pro locutione redundanti habere. At enim quicunque V. T. libri libellive hoc vocabulum ab exordio praefixum habent, sive וַ c. Imperf., quod vocant consecutivum (de quo fusius disseremus infra 3, 3.) sive simplex וְ, ad antecedentem historiam delegare et monere videntur legentes, ut majoris cujusdam memores sint operis, cui suum librum tanquam partem ipse rerum scriptor velit insertum, particulam dico immensi illius operis, quod Deus opt. max. per seculorum decursum in populo suo perpetrandum decreverit. — "בימי ש Hac de re infra pluribus disseretur. — בארץ neque est quod tantum de locis circa Bethlehemum sumas dictum, ut jubet Bertheau, neque rursus, quoniam terra Moabitica fame non laboravit, ad omnem omnino terram Palaestinensem est referendum, sed commodius utique regionem Judaicam montuosam significari putandum est. — יהודה, ergo illa inclyta Davidis Jesuque patria urbs; fuisse enim alterum ejusdem nominis oppidum in tribu Sebulon docemur Jos. 19, 15. — מבית suppl. „ortus", quod et Latini saepe omittunt cf. Liv. 1, 50., neque vero, ut aliis placuit, „discedens". — גור seq. ב, עם, את, nec non accus., significat commorari quempiam in loco ut hospitem, inquilinum, non habitare ut in sua sede et possessione. — Ne *formam* שְׂדֵי pro statu constr. plur. habeamus, dehortantur alii loci 1, 6. 4, 3. Gen. 36, 35, ubi alternis legitur שְׂדֵי et שְׂדֵה; rectius Ewald grösseres Lehrbuch, 6. Aufl. 1856 §. 149, g et 213, e שְׂדֵי docet esse st. c. formae absolutae שָׂדַי = שָׂדֶה vid. Ps. 8, 8. Joel 2, 22, conferri jubens שָׂדַי, שָׁמַי, דַּי st. c. דֵּי, adde גֹּבַי Amos 7, 1. — *Bertheau quod judicat, שָׂדֵי non esse nisi alio quodam scribendi genere pro שָׂדֶה substitutum, haec opinio, quum non satis intelligamus, quomodo illud י influxerit, minus videtur probanda. An licet exemplis firmare, hunc potissimum in modum י ut matrem lectionis quam vocant supponi? — Ceterum „*in agro*" non significat „ruri", sed idem est atque „in territorio" cf. Gen. 14, 7. 1 Sam. 6, 1. — *Natio Moabitica* eandem quam Ammonitae originem a Loto trahens ideoque Israelitarum consanguinea incolebat ad mare mortuum orientem versus. Cum Israelitis modo inimicitias agebant (in memoriam revoca Bileamum Num. 22—24, Eglonem Jud. 3., Sauli Davidisque bella), modo bene inter eos conveniebat: Deut. 2, 29. 1 Sam. 22, 3; praevalebant tamen plerumque simultates, praesertim insequentibus temporibus.

2) *Dubito an non sit fortuito factum, ut omnia fere *nomina propria* hominum, qui in hoc libello occurrunt, aliquid significent, quod ad vitae casus moresve eorum pertineat מחלון (חלה) aegrotus, כליון (כלה) confectus (de forma vid. Ew. 163), ערפה (עֹרֶף) quae tergum vertit, de voc. נעמי vid. quae disserenda erunt 1, 20; postremo voce אלימלך i. e. Deus meus rex, si placuerit, significatum videtur

alterius Chiljon, iique erant Ephrataei, id est a Bethlehemo, tribus Judaicae oppido, oriundi. Hi igitur in agrum Moabiticum transgressi ibi commorabantur. 3) 4) Defuncto autem Elimelecho, Noomiae conjuge, quum ipsa cum filiis duobus superstes relicta fuisset, illi duxerunt uxores Moabitidas, quarum uni nomen fuit Orpae alteri Ruthae, ibique domicilium habebant annos circiter decem.

5) 6) Sed viri, Machlon et Chiljon, quum et ipsi essent defuncti, mulier relicta et duobus jam liberis et marito suo orbata, ubi apud Moabitas agens fama percepit, Deum victu jam non denegato respexisse populum ipsi addictum, comitante nuru utraque intendit iter et illinc revertit.

Dei regimen mirum in modum hujus familiae tenuitati prospiciens. Estne igitur inde conjectandum, omnes omnino res hoc libello descriptas pro poëtae cujusdam commentis et fabulis esse habendas? Absit illud quidem; vide, quae Critici recentiores: Haevernick, Herbst (Welte), Bertheau aliique contra Bertholdtum, illius opinionis auctorem, disputaverunt. Verorum nominum memoria putanda est vetustate abiisse. — אפרתים sg. אֶפְרָתִי incola Ephratae, i. e. Bethlehemi, quippe cui oppido, id quod apud Hebraeos moris erat, nomen ex antiquitate ductum Gen. 35, 19. 1 Sam. 17, 12. אפרת juxta et alterum a posteris inditum fuerit בית לחם. — שׂדי מואב de hac Accusativi vi vid. Gr. 205. 300.

3) et 4) וימת — וישׂאו Saepissime in hujusmodi *iterationem particulae* וְ, וַ incidimus, ubi duo enunciata mutuo ita inter se cohaerent, ut Graeci, Latini, Germani etc. πρότασιν et ἀπόδοσιν, quae vocant, opponere soleant. Quare non dubitamus eam sententiarum seriem ei generi annumerare, quod Grammatici „Gegenseitige Sätze“ appellant Ew. 355 sq. Similia exempla Gen. 22, 4. 1 Sam. 9, 17. etiam simpliciora rem satis declarabunt.

4) Quaeritur, num *hoc matrimonio* non peccatum fuerit contra legem, quoniam libro Esr. 9, 1 sqq. Neh. 13, 1 sqq. cum aliis tum his matrimoniis cum Moabitica natione contrahendis interdictum fuerit Israelitis. Sed discerne tempora et reputa Pentateuchi ipsius legibus hac de re ita fuisse cautum, ut Moabitas in civitatem recipi Israeliticam haud dubie non liceret, Deut. 23, 3. verum non pariter ac de populis Cananiticis septem legimus Deut. 7, 1. connubia cum illorum filiabus diserte dicerentur illicita. Nihilo secius non inepte dixeris, Ruthae quasi anticipato exemplo illam aetatem fuisse indicatam, de qua prophetas Jes. 60 aliosque magnifice cecinisse constat. — כעשׂר *praepositionem* כ idem esse ac „circiter, fere“ et prope accedere ad usum temporalem praepositionis לְ Gen. 3, 8. coll. 18, 1. Gr. 221, quum satis constet, nihil quaerendum est, nisi quomodo factum sit, hanc ut vim admiserit. Hoc referendum respondeo ad notionem aestimationis, quippe ad aestimationem opus est acquiparatione. Cui rei illustrandae bene inserviet Num. 9, 31. — *Ruthae maritum* non fuisse Chiljonem, ut ex h. l. conjeceris, sed Machlonem docemur demum 4, 10.

5) Non temere hoc versu omissa nurus utriusque mentione eorum tantum, qui cum Noomia Bethlehemo egressi fuerant, habetur ratio. Nimirum scriptoris interfuit, solitudine viduae vel brevibus verbis adumbrata legentium animos perstringere. Eandem ob causam ילדיה scribere maluit quam בניה et repetiit vocem ומאישׁה. — משׁני noli vertere: „post“, quanquam מִקֵּץ saepissime idem est ac „post finem“, „exactis etc.“, sed מִן significat „de“, eademque est locutio, quae in vocibus latinis: nihil reliqui fecit de, i. e. ut duo filii ejus jam non essent; sed primarius sensus est: ita ut ipsa segregata esset a — Similiter res se habet Gen. 3, 14.

6) ותקם, Ejusmodi voces, quae videntur superfluae, et in V. et in N. Tto saepissime obvias (cf. proxime insequ. vs. 7.) omnes omnino antiquitatis scriptores graphice res depingendi studio gratificati sunt. Discipulis suaserim colligant ex Homero suo et Herodoto exempla. — לתת Hujus locutionis — inf. constr. addita praepos. ל — ea potissimum vis est, ut antecedente verbo generatim posito ad singularem jam transeatur actionem Gr. 280, d.

7) Exiit igitur e locis, ubi commorata fuerat, cum utraque nuru, ac viam illam ingressae sunt, qua reverterentur in terram Judaeam. 8) Hic Noomia ad nurus con-

7) ותצא. Notatu dignum, scriptores hebraicos saepissime id, quod primum generatim descripserant, — ut vs. 6. ותקם — verbis insequentibus singillatim exponere. — שמה A Masorethis, quos vocant, i. e. viris scholasticis illis (vid. Gr. 87.), qui primis fere sex seculis p. Chr. n. textum scriptum V. Tti recensuerunt et litteras vocales accentusque adscripserunt h. l. in margine adnotatum legimus, in alio quopiam codice נָסְחָא אַחֲרִינָא (נ"א) deesse Dagesch conjunctivum, de quo vid. Gr. 92, b. — De formae שְׁתֵּי Dagesch forti nusquam non contra regulam adscripto, ut omissam נ radici propriam compensaret, vid. Gr. 60, c. — Vocem בדרך noli pro superflua habere, quod satis cernitur ex articulo apposito, cujus ope scriptor ad rem singularem, ut certam, notam, necessariam lectorum animos advertere vult Gr. 277, a. Simillimo modo Graeci loquuntur: βάλλειν τοῖς λίθοις, οἱ Τρῶες τὰ δέκα ἔτη ἀντεῖχον etc. vid. Krüger Gr. Gr. §. 50, 11, Anm. 3. 4. Proinde accuratius vertas: ea via, qua ex agro Moabitico in Palaestinam euntibus incedendum erat. — ארץ יהודה i. e. terra, quae tribui Judae cessit, ubi Bethlehemum erat situm; ארץ pro statu constr. habendum. Ceterum הארץ כנען quoque non est contra regulam, v. Gr. 287, e. — *Inde quod כלה (coronata) et sponsam significat et nurum, (cf. חתן) facile colligas, de *sanctitate sponsalium* apud Hebraeos eandem valuisse legem, quam Romanos secutos esse formula illa docet: consensus facit nuptias; cf. Ewald Alterth. 2. A. p. 231. Credner Joel p. 114 sq. Realencykl. f. class. Alt. s. v. matrimonium.

8) אמה non quod patres jam non fuerint in vivis vid. 2, 11., sed quia, quotquot mulieres ad familiam quampiam pertinebant, matris in tentorio vivere consuerant cf. Gen. 24, 67. — יעש. Locis quibusdam ab Ew. 224 notatis docemur, ne tertiam quidem personam sing. *Voluntativi* formas, quas dicunt apocopatas, prorsus requirere. At in prima pers. sing. et plur. pleniorem formam frequentius, ne dicam unice, usitatam fuisse, cf. Gen. 1, 26., Grammatici, quod sciam, satis premere omiserunt. — עמכם. Quum et plerisque in libris accurate scriptis iisque prosaicis haud ita raro *Suffixa gen. masc. pro fem.* posita nobis occurrant, cf. Jud. 19, 24. 21, 22. 2 Sam. 20, 3., et in libro Geneseos prior quidem scriptura omnino הוא pro היא exhibeat, denique אתם, הם diversis in libris pro הנה, אתן legantur; Hebraeos haud inique dixeris hoc quidem in usu generis minus diligentes fuisse. Atque id eo magis mireris, quoniam alias in distinguendo genere Pronominum huic linguae singularem diligentiam propriam esse constat; in memoriam velim revocatas illas formas: לָךְ, מִמֵּךְ fem., אַתְּ, (אַתֵּן) אַתְּנָה, אֲשֶׁר מִמֶּנִּי et simil., ubi ne graecus quidem sermo hebraicam subtilitatem aequat. Sed alias quoque subtilitates h. l. noli praetermittere: Geminantur Imperativi לכנה שבנה iique sine copula, ut seria loquentis voluntas indicetur cf. Gen. 28, 2. Pariter in duplici apprecatione "יתן י "יעש י, gravitas inest et sanctimonia quaedam verborum, quam ad benedictionem illam Mosaicam Num. 6, 24 sq. adspirare dixeris. Quum haud ita paucos, qui inanem verborum strepitum pro elegantia sumunt, teneat opinio, in simplicitate dicendi, praesertim libris historicis V. Ti propria, non esse locum elegantiori dictioni, haud abs re videtur esse, ab initio monere, quam suavi elegantia, ubicunque res ipsa commotiorque animorum sensus id postulat, in hujus libelli scriptura illico gravius, uberius, sublimius dicendi genus adhibeatur, quam diligenter, quam vivide nullo non libri loco vel tenues parvi discriminis umbrae, ut ait poëta, verborum subtilitate delineatae et expressae sint, cf. infr. vs. 15 sq. 20 sqq. aliisque compluribus in locis. En verissimam primae classis scriptorum notam, qui quidem ubique locorum et gentium sui semper et fuerunt similes et erunt! *Denique notatu dignum, cerni his in mulierculis certantem quasi illam caritatem, quae sui immemor alterius magis quam suis commodis inservire studet, qua commoto animo altera jubet discedere, discedere recusat altera. Nec minus videlicet, quam in Rutha, haec virtus eminet in Noomia, quippe quae sponte sua nurus utriusque societate, unico tunc viduitatis suae solatio humano, renunciaverit. Haec atque similia animorum lineamenta in hoc libello conspicua amabili sagacitate ac pietate orationibus pro concione habitis illustravit pristinus Seminarii nostri alumnus, quem ecclesia evangelica dolet prae-

versa: „Ite, inquit, revertite ad suae utraque matris domum, exhibeatque Deus patrius vobis gratiam juxta ac vos pietatis officia et mortuis et mihi praestitistis; faxit Deus, ut requiem sortiamini in sui quaeque mariti domo.“ 9) 10) Haec quum osculans oraret atque obsecraret, illae magna voce in lacrymas effusae socrui affirmant: „Immo vero tecum tuos ad populares revertemur.“ 11) Quibus illa: „Revertimini, inquit, filiae meae, quid est quod mecum vos pergatis? numquid ultra ego generatura sum filios, qui vos ducant? 12) Revertimini, filiae meae, discedite; jam enim grandior sum natu, quam quae cuipiam nubam; immo vero si huic spei locum darem, etiamsi proxima nocte ipsa marito tradita gignere quoque possem filios; 13) vosne ideo opperiri, donec illi

---

matura morte ereptum (Ruth und Naemi IX Predigten von dem verstorbenen Stadtvikar Kübel in Heilbronn 1854).

9) ומצאן gravius est, quam id, quod ferme usitatius foret לִמְצֹא; scriptio ן autem eadem est atque infra vs. 12. 20. — מנוחה i. e. vitae statum tranquilliorem ac mariti potissimum patrocinio sustentatum. — אישׁה sc. futuri, quem procul dubio sortiturae estis. — בית *accus. adverb.* saepius de loco, in quem itur, veruntamen haud ita raro de loco, ubi quis versatur, in usu est, v. Gen. 12, 15. 24, 23. Gr. 300. — "ותשׂאנה cf. quae vs. 6. annotavimus.

10) כי Licet huic asseverationis notae constet saepenumero in oratione, quam vocant directam, locum esse (cf. ὅτι, ὡς), tamen h. l. putaverim eam per Particulam idem significari, ac si dicatur: „nequaquam recedemus, immo revertemur.“ Sic locutio tristi mulierum affectui, quippe qui abrupta amet, accommodatior est. Pariter hujus particulae usum graviorem, ut ad vim voc. sive אִם לֹא = certe sive כִּי אִם = sed potius videatur prope accedere, exstare videbis cum multis aliis locis tum 1 Sam. 14, 44. 2 Chr. 20, 12. Plura cfr. ad vs. 17 annotata.

11 sq.) Noomia oratiuncula sua designat legem de leviratu Deut. 25, 23., quam rem infra fusius tractari opus erit.

12) כי idem significare quod אִם, ut aliis placet, minus probo, quam כִּי pariter ac modo vs. 10 orationi directae inservire adornandae, contra אִם esse supplendum (qua de re et de Temporis forma in sententiis conditionaliter enunciatis vid. Gr. 355. 357). Etenim dubito an nullis locis כִּי pro pura putaque Particula conditionali habendum sit. — תקוה etc. i. e. si spes mihi esset, fore ut omnino etiamnunc cuipiam nubam et liberos gignam, vel (גַּם) si hac ipsa (de articulo vid. not. vs. 7) nocte conjugium inirem, denique etiamsi procrearem filios.

13) להן noli vertere: „eorum (filiorum) gratia“, ut aliis placet; nam etiamsi Generi masc. pro femin. saepius locum esse supra vidimus, tamen femin. pariter pro masc. positum sumere foret temerarium. Praestat potius vertere: „respectu harum rerum, has ob causas, ideo“, id quod non magis voce כָּהֵן haud raro obvia quam simili usu vocc. לָזֹאת, עַל זֹאת, עַל אֲשֶׁר = propterea satis firmatum est. — שׂבר Hoc verbum pariter atque aliae voces spem et exspectationem significantes omnium fere linguarum (cf. שׂקק exspectare, τηρεῖν, σκοπεῖν = warten) primario sensu (Qal) visum designat, quoniam qui sperat prospicere videtur in futurum. — תעגנה. Rad. עגן quamvis in hebraeo quidem sermone rarissima sit, tamen non est dubium, quin significet claustra, quibus in Oriente mulieres, potissimum virgines et viduae detineri solent. Ceterum in hac forma deesse Dag. forte compensativum non magis notatu dignum est, quam littera vocalis Ssere loco Pathach posita. Male enim discipuli a Grammatica Gesenii, qualis vel novissime edita exstat, jubentur תְּקֻטֶלְנָה etc. pro legitima forma habere et memoriae infigere. — לבלתי Hanc Particulam comitem esse potissimum Infinitivi, ubi vocabulo לא ferme locus non est, docet Gr. 320. 322. — אל elliptice positum idem valet ac: nolite mecum ire, vel: nolite mihi protinus instare, ut ego vosmet comites admittam. — מר לי מכם. Sunt qui aliter, idque, ut putaveris, haud male vertant: „prae vobis“ et sumant, his et insequentibus

adoleverint, ideone occlusas vos ac qualibet conjugii conditione renunciantes vivere; absit hoc, filiae meae, vestra ego causa dolore amaro affecta sum, quod Deus noster hac me calamitate afflixit. 14) Tum mulierculae impensius in lacrymas effusae sunt, et altera quidem, cui nomen erat Orpa, osculata socrum valedixit, altera Rutha adhaerebat abiturae.

15) Cui Noomia: „Videsne, inquit, ut fratria tua patriam suam patriosque Penates repetat, proinde et ipsa illius revertere vestigiis.“ 16) At Rutha: „Noli me urgere, ut te desertura discedam; enimvero quocunque tu ibis, ego ibo, ubi deversaberis, ego deversabor, communis mihi tecum populus, communis Deus; 17) ubi tu morieris,

---

verbis alterum adjici argumentum dissuasorium, quo Noomia nuribus multo incommodiorem, si secum pergerent, vivendi rationem fore demonstret, quam si ad suos reverterentur; socrum ajunt haec voluisse monere: „fateor quidem, amaros casus vobis non deesse, sed mea tamen conditio multo tristior est, quam vestra; quia vos tantum maritis, ego et marito et liberis orbata sum; proinde vos pessime vobis consuleretis, si me mortalium miserrimam essetis comitaturae.“ Veruntamen haec interpretatio acutior est, quam verior. Etenim sermo melius sibi cohaeret, si Noomiam ita fere loquentem facimus: „amaro dolore affecta sum vestra causa, quod Deus me afflixit calamitate, quoniam marito meo morte erepto jam non spes superest, fore ut vobis per alios quospiam filios ex me procreandos recens matrimonii conditio efflorescat.“ — His versibus 11—13 potissimum probata videas, quae supra vs. 8 de genere dicendi vividissimo diximus. Idem praemonitum velim de verss. 16—21, ubi orationem propemodum ad poëtarum modum coloratam deprehendes.

14) ותשכנה Mas. notant: חָסֵר i. e. deest א. Haud ita raro Verba לא easdem formas, quas Verba לה, admittere, multa docent exempla. Ceterum supra vs. 9 exstat scriptio plena eaque usitatior. — עוד i. e. impensius vid. Gen. 46, 29., al. minus graviter vertunt „iterum“. — דבק quid sibi velit vid. infra 2, 11. et Gen. 2, 24.

15) שבה ne pro Part. habeas, Accentus penultimae affixus recusat. — שובי אחרי cf. מאחרי vs. 16. exempla constructionis praegnantis, quam vocant, qua quidem non magis libera quam gravi verborum nominumque conjunctione in V. Tto ideoque in Novo frequentissima, adeo ut Lutherus noster ne a vernacula quidem lingua prorsus repudiaverit, sermonem Hebraicum pariter ac Graecorum excellere istorum gratia notamus, qui de tenuitate ac jejunitate linguae Hebraicae vel queri vel calumniari non desistunt. At enim quanta sit omnino iis in rebus hujus sermonis et subtilitas et mobilitas et in summa dicendi brevitate gravis efficacitas, satis tibi persuadebis, ubi exemplorum abundantiam unica Grammatici nostri §. 282 coll. 218 sq. propositam attente perlegeris. Similes sermonis Hebraici virtutes habemus quas non magis notemus quam miremur in duplici constructione Pron. relativi, cujus alterius exemplum vs.

16) באשר אל־אשר, alterius infra 2, 2. 3, 2. deprehendes. Qua de re juvabit monere, non modo dialectum Suevicam sed etiam Lutheri locutionem eadem gaudere dicendi ratione, ut: der Stuhl, wo er darauf sass. Plura vid. Gr. 331 sqq. — De veteribus interpretibus nonnulli haud inepte excusant Noomiam, quae sic urgendo pari modo ac Josua 24, 15. 19. nurus utriusque animum exploraverit, num serio ac sponte secuturae et relictis idolis abnegataque spe externorum bonorum publice Deo se Israelitico addicturae essent.

17) כה per Euphemismum putes dictum pro: „his illis, iisque non semel tantum sed perpetuo inflictis, vel, ut Romani ajunt, ultimis poenis me afficiat Deus, si fide non servata te deseruero“, vel, si ad verbum transferas: „sic faciat mihi Deus, et sic addat, si“ etc. Haec autem verba „si — deseruero“, quia et Noomiae amariora forent auditu et dictu Ruthae, scriptor eleganti *Aposiopesi* usus reticentem facit mulierem atque sic pergentem: „immo vero nullam sejunctam mihi abs te volo fortunam, vel

ibi et ipsa moriar ibidemque locum mihi sepulturae accipiam; enimvero nulla equidem re, ita me Deus amet, nisi mortis vi abs te divellar.“ 18) Illa quum videret, nurum obstinavisse animo secum pergere, jam ei dissuadere desiit. 19) Itaque par mulierum

---

exitii, si ita ferat, comitem me tibi promitto, nil nisi mors inter te ac me faciet separationem“. Itaque כי pariter ac vs. 10. idem nobis significare videtur, quod Romanorum vox „immo vero“ nostra „nein vielmehr“ indicat. Ut autem voc. „nihil nisi“ subaudire liceat, scriptor scite effecit praeposito nomine subjecto המות, id quod apud Latinos saepe pariter fieri, quis est qui nesciat? (*) Alii, ut Bertheau, vertunt: „ich schwöre, *dass* der Tod und nichts Anderes als der Tod etc.“ —, quam ad probandam versionem afferunt exempla Gen. 22, 16. 2 Reg. 3, 14. Non male, si quidem sumseris, in verbis antecedentibus per σύνεσιν, ut ajunt, inesse vocem נִשְׁבַּעְתִּי. At enim si ad vivum rem resecamus et quaerimus, quî sit factum, ut h. l. pariterque locis simillimis 1 Sam. 14, 44. 20, 13. 1 Reg. 2, 23. in jurisjurandi formula כִּי sit positum, ubi usitatior locutio postularet אִם לֹא = certe Gr. 356, praestat sane in hac Ellipsi vocis נשבעתי non acquiescere, sed ad eam Aposiopesin, quam statuimus, confugere, quod orationis lumen in V. Tto, ut vividissima disserendi colloquendique ratio est Orientalium, multo saepius quam plerique vident interpretes, locum habet. Sic, ut unum idque luculentum atque e prosaico libro desumtum ex multis proferam exemplis, 1 Sam. 25, 11. haud dubie minus apte vertas: „ich soll nehmen“ quam rectius: „enimvero sic sumsissem egomet panem meum“ — subaudi: „si talium hominum rationem haberem“. Sensus igitur h. l., sive Ellipsin illam, cujus auctor est Bertheau, sive Aposiopesin statuimus, eodem redit ac si Rutha diceret: „Dei fidem obtestans — nostrates rem ut ita dicam positive expressuri dicerent: So wahr mir Gott helfe — polliceor, nulla me alia re nisi mortis vi separatam divulsamque abs te discessuram.“ Verum quaeritur, quae sit primaria hujus locutionis ratio. Quam ut retegeremus, viam quandam mihi videor ostendisse, quae num sit magis probanda, quam qualem ceteri ineunt, viri docti videant. — Notatu denique non indignum videtur, omnes omnino supra laudatos locos multosque alios in ea jurisjurandi elocutione non tam Voluntativi יַעַשׂ יוֹסֵף quam illam, quae gravius affirmat, simplicem Imperfecti formam יַעֲשֶׂה יוֹסִיף exhibere, unde colligas, hujusmodi in obtestationibus pariter rem se habere, atque in interdictis divinis, ubi similem in modum non tam dicitur: „ne fureris“, quam: „non furaberis“ cf. μὴ ποίει, μὴ ποιήσῃς juxta atque οὐ ποιήσεις. Krüger Gr. Gr. §. 53, IV. Anm. 4.

18) ותחדל pariter sonant Imperfecta sing. יֶחְכַּם יֶחְסַר, plur. tamen יַחְסְרוּ etc.; Segol tantummodo propter sonum suaviorem videtur praeferri, ubi insequens syllaba, uti VV. intransitiva postulant, sonum A continet, cfr. אֶחָד, אֶחָיו. Ceterum omnino formas Imperfecti VV. prim. Gutt. prae ceteris variantes in memoriam juvabit revocare. Gr. 138.

19) כבואנה plenior scriptio pro usitatiore בֹּאָן Gr. 247; כְּ ut Substantivo ita Infinitivo adjunctum significat „quum forte“ vid. supr. vs. 4. Inde fit, ut כַּאֲשֶׁר quoque Temporalem sensum admittat. — ותהם Ipf. Nif. הוּם ad Analogiam formarum יֵאוֹר יָמוֹג. Quum alii (Gesenius lex. ed. nov. anni 1847 s. h. v. et Ewaldus 140) יֵהוֹם pro Inf. Nif. ab V. המם derivando jubeant haberi, tamen de omnibus ejusmodi formis, sive plene sive defective scriptis יֵרוֹעַ, יָבוֹן, יָבוֹק (ubi, quamvis rad. עע in usu promtuque sit, prorsus וֹ non deest,) maluerim statuere, in Imperfecto Nif. *Verba* עע formationes quasdam a VV. עו mutuari. Quod quum saepius in compluribus VV., quae vocant debiliora, fieri constet, idem in Verbo המם quidem eo magis admittemus, quum forma הוּם neutiquam inusitata sit. — ותאמרנה. Scriptor Genere feminino utens non tam viros quam mulieres Bethlehemiticas scite facit confabulantes, quippe quarum loquacem curiositatem rei novitas inprimis ceperit ac tenuerit, idque tanto magis, quanto exiguum fuit incolarum numero illud oppidum. — הזאת. Haud dubium est, quin vetus quidam interpres recte dicat: „haec interrogatio affirmativa est et cum admiratione de mutatis Noomiae rebus conjuncta: utique haec est Noomia! Mirum est, quod adhuc superest, quam putavimus vel dudum mortuam vel nunquam reversuram“. Inde colligendum, ה interrogativum hic

intendit iter, donec Bethlehemum pervenerunt. Harum ad adventum conturbari omnis civitas, mulieres rogitare: „Haeccine est Noomia?“ 20) At illa: „nolite me nominare Noomiam (amoenam), nominate Maram (amaram); nam amara mihi inflixit Deus Optimus Maximus; 21) egressa fueram felicitate florens, vacuam me reduxit Deus; absit, ut me nominetis Noomiam, quandoquidem Deus patrius in me vim exseruit, Deus maximus malis me affecit.“ 22) Itaque rediit Bethlehemum Noomia, comitante Rutha nuru,

---

positum esse, ubi potius alteri locutioni הֲלֹא locus foret i. e. sensu, ut ajunt, affirmativo. At hac de re, ni fallor, nemo Grammaticorum hucusque satis distincte docuit. Nihilo secius ita esse, alius locus luculenter demonstrat. An vero 1 Sam. 2, 27. aliter potest verti quam: Nonne manifesto apparui i. e. utique, certe apparui? Inde haud scio an locis quibusdam difficilioribus exoptata lux affulgeat, effato illi dico: Gen. 50, 19. nec non Psalm 58, 1. Job 20, 19. — * Contra ea vere tamen monere Grammaticos, hocce ה interrogativum nonnullis locis sensum negativum continere, satis probatur 2 Sam. 7, 5. coll. 1 Chron. 17, 4. aliisque exemplis a Ges. Lehrg. p. 834, Ew. 324, notatis, neque id in animo mihi est negare. Immo vero equidem hanc Particulam ה modo affirmativum modo negativum sensum admittere contendimus. Nam quum satis constet, ne Latinos quidem, quibus largior suppeditaverit verborum copia, in adhibenda Particula interrogativa „ne“ omnem evitasse ambiguitatem, sed alternis ea ita usos esse, ut id, quod interrogatum fuit, modo affirmari modo negari putandum sit, vid. Zumpt §. 352. Heusinger ad Off. III, 17; quid mirum, si Hebraica in lingua pariter videmus rem se habere?

20) נָעֳמִי proprie significat „mea suavitas“ vid. Lex. s. v. נעם, Verb. נָעַם; amoenum autem ingenium et Latini hominibus attribuunt, vid. Tac. Ann. II, 64. — מרא aramaice, ut ajunt, formatum pro רָה. — הֵמַר לְ similem in modum et הֵנִיחַ, הִרְפָּה al. id genus Hifil לְ admittunt, quoniam dicta: מַר לִי, נָגַּהּ לִי, טוֹב לִי pro Impersonalibus habenda sunt, quae Dat. commodi vel incommodi requirunt, Gr. 295, a. — שַׁדַּי noli cum Ges. Lehrg. p. 523 pro Plur. ducere, sed coll. vocc.: יִשַׁי, דַּנִּי aliisque pro Sing. a rad. שָׁדַד = שָׁדָה „validus fuit“ derivando E. 155, c. coll. 149, g.

21) רֵיקָם de forma vid. Gr. 204, de constructione Adverbii sic judicandum, apud Hebraeos Adverbia pariter atque in lingua vernacula saepissime in usu esse, ubi Graeci et Latini Adjectiva praeferunt, quid quod vel Articulum admittere 1 Sam. 9, 24. vid. Gr. 277, c. — Quid sit quod mulierem his vocibus מלאה, ריקם non putemus pariter respicere maritum filiosque, atque opes fortunasque, equidem non video; ideoque et insequens verb. הרע non minus ad paupertatem quam ad orbitatem luctumque referendum censeo. — ויהוה. Commodissime haec sententia applicatur eo locutionis genere, quod Ew. bene appellat: Zustandsatz 306, c. 341. — ענה. Hujus Verbi forma Qal nunquam nisi sensu „respondit, testatus est“ occurrit; sin oppressionem significat, semper formam Piel vel Hifil, addito Accus. objecti, requirit. Quam ob rem noli auctoribus LXX, Vulg., Peschito simpliciter vertere: afflixit me. At vero altera veterum interpretum versio: „respondit i. e. testatus contra me est“ non magis videtur probanda. Bene igitur Berth. coll. Eccl. 1, 13. Jer. 18, 13. primariam verbi vim statuit: Er hat sich abgemüht an —, i. e. er hat gewirkt wider mich. Vocem autem hanc minus usitatam et per Euphemismum dictam insequens vox הרע explicat.

22) ותשב Hac locutione ן cum imperf. consec. Hebraei et conclusionem quandam narrationis complecti amant cf. Gen. 23, 20. — השבה. Vera vidisse putes, qui hoc cognomen censeant exinde Noomiae et Ruthae communiter inditum esse cf. 2, 6. 4, 3., uti ferme in angustioris vitae societate fit, ut homines miros casus experti inde cognomina trahant. — שעורים. Hebraei hordeum propter spicas hirsutas belle nominant frumenti genus hirsutum, horridum vid. Lex. s. v. שָׂעָר etc.; de plur. forma plantarum potissimum nominibus propria et cet., quae huc pertinent, vid. Gr. 176—178. — Hac addita temporis significatione, qua primam messem a medio mense Nisan sub vernum aequinoctium inchoatam (Levit. 23) indicari scimus, insequentem spicilegii narrationem scriptor eleganter praeparat.

natione Moabitide, cui cognomen inditum reversae ex agro Moabitico, reditusque earum incidit in primam hordeorum messem.

CAP. II.

1) Erat autem Noomiae vir quidam propinquitate marito ipsius conjunctus, gentilis Elimelechi, isque homo amplissimus, cui nomen erat Boasus. 2) At Rutha, Moabitis, ad Noomiam conversa „Exibo, inquit, si tibi placuerit, in agros, ut spicilegium instituam, si cujus benevoli in me hominis sortita fuero gratiam". Cui illa: „Abi, mi filia." 3) Mox illa abiit et in agris messores subsequens spicas legere coepit; atque casu quodam obtigerat, ut in fundum deveniret, qui erat Boasi, gentilis illius Elimelechi. 4) Et tum potissimum accidit, ipse ut ex oppido adveniret, Dei pacem appre-

---

Pariter se habet res 2, 1. — Argumentum cap. I, 1—4 vs. Elimelechus fame coactus cum suis in agro Moabitico peregrinatur; ipso defuncto Noomia vidua ejusque duo filii ductis inde uxoribus decem fere annos illic commorantur; 5—22, a) 5—14 Filiis quoque morte absumtis Noomia cum utraque nuru Orpa et Rutha domum iter intendit, urgente socru altera Orpa in patriam redit; b) 15—22 Rutha igitur sola comitante Noomia Bethlehemum revertitur, ubi haud sine miratione ipsa tristis excipitur.

1) מידע. Ktib מְיֻדָּע leg. est Part. Pual, cujus formae haud ita raro obviae in locum Masorethae praeter necessitatem substituerunt מוֹדַע st. c. Nominis מוֹדָע (cf. מַלְאָךְ) „cognatus." Statui constructo locum etiam esse, ubi praepositio quaedam insequatur, non minus constat, quam ל illud ne potuisse quidem omitti, si quidem distincte indicandum fuit: ein Verwandter von — Gr. 292, a, 2. Ceterum vocabuli, sive מידע sive מודע legimus, principalis vis significat hominem notum, amicum. Scilicet pari modo non abhorret a dialecto quidem suevica, vocabulo eodem et amicos et consanguineos significare. — גבור ח׳ non minus ad opulentiam et auctoritatem quam ad probitatem (cf. 3, 12) videtur pertinere virumque indicare tam externis bonis quam virtute inter suos eminentem.

2) ואלקטה. Modo cohortativo (addito ה) consilium quoddam agendi exprimitur, Gr. 347. — לקט ut saepissime in hoc Capite, ita Ps. 104, 28 etc. sine objecto, ut ajunt, absolute positum legitur; inde colligas, בשבלים nullo alio modo quam „inter spicas" i. e. inter ordines spicarum demessarum (cf. vs. 7) posse verti. — אחר אשר בעיניו. Has tres voces arctissime inter se cohaerere, docet grammatica, per quam licet Hebraeo id quod nos dicimus „hinter demjenigen, in dessen Augen" mira dicendi brevitate complecti. — Hac in voce insignem Ruthae eminere modestiam et pudorem, jam veteres interpretes merito laudaverunt, quippe quae, quum quilibet ager ipsius patuerit spicilegio, (cf. Lev. 19, 9. 23, 22. Deut. 24, 19—22. Ewald Alterth. p. 213. 249), tamen jure suo ingratiis possessorum noluerit uti; adeo se intra decora feminis tenebat.

3) ותלך ותבא. Ut abundat lingua Hebr. verbis, ubi res quasi *sensibus* comprehendendas depingere refert (vid. 1, 6), ita rursus parca ac brevis est in significandis iis, quae suapte *mente* legentes concepturos putandum est, ut h. l. subaudias: venit eo, quo tendebat. — ויקר. Si ad verbum transferas: „casus ejus incidit in portionem agri, qui pertinebat ad B." לְ h. l. antecedente stat. abs. (de statu constr. vid. vs 1.), locum habet, ubi Nomen insequens cum antecedentibus minus arcte cohaeret, quam duo priores voces ipsae inter se coalescunt. Originem autem haec locutio videtur traxisse ex subaudito Pron. relativo, quod non raro addi et Gr. docet §. 292, b. et vs 21 coll. 2 Sam. 2, 8.

4) והנה. Noli pro Particula superflua habere; scriptoris enim interest, legentium animos advertere, quam mirum in modum Dei providentia sit effectum, alterutra ut pars huc conveniret alterius ignara,

cans messoribus, qui et ipsi, Deus te amet, herum appellant. 5) Salute jam data acceptaque Boasus ad puerum, qui messoribus praeerat versus „Cuja, inquit, est ista puella?“ 6) Cui respondit puer ille: „Puella ea quaedam Moabitis est, cum Noomia de agro Moabitico reversa; 7) rogavit autem, ut spicilegium facere apudque strigas messorum vestigia sequenti sibi liceret spicas colligere, atque ex quo huc venit, a primo mane usque ad hoc tempus operi institit nec nisi paululum sic in tugurio considentem conspiceres.

8) Et Boasus jam Rutham sic allocutus est: „Audin', filia, noli abire, in alio quopiam agro spicas collectum, neque etiam hinc discedes, immo sic apud meas operarias haerebis; 9) animo satis intento in hunc, quem metunt, agrum eorumque ve-

---

Deo moderante inscios quasi nupturire dixeris. * Videmusne, ut suavissime verissimeque epithalamio illo P. Gerhardus noster cecinerit:

Eines ist des Andern Licht,
Wissen's aber Beide nicht. —

בֹּא. Coll. vs. 7. 14. 15. 16. 17. sumendum est, venisse Boasum sub meridiem, prandii hora. — Nec temere Boasum primum jam in scenam prodeuntem scriptor ita cum servis facit agentem, ut salutationes non modo morem priscum lege Mosaica sancitum sed pietatem nativam quondam spirent.

5) לְנַעַר i. e. famulo, servo i. e. curatori, quem Josephus ἀγροκόμον vocat, cf. παῖς.

7) וְאָסַפְתִּי sicut antecedente Impfcto vel Imperativo, ita pariter ubi Cohortativus antegressus est, saepissime insequitur Perf. consecutivum, quod vocat Grammaticus noster, addito וְ nec non Accentu verbi mutato conspicuum, Gr. 234. 344. Ad verbum vertas: „ita ut colligam“, quod idem est atque: „et colligam.“ — בֶּעָמָרִים, עֹמֶר vel עֳמִיר et strigas (Schwaden) i. e. manipulos spicarum demessarum ordinatim appositos et mergites (Garben) i. e. majores e manipulis illis colligatos frumenti fasces significat. H. l. haud dubito quin strigae indicentur; etenim mergites a messoribus non solent colligari nisi demum messorio opere absoluto, ubi asportandum frumentum est. — מֵאָז Gr. 103, e. 222, c., אז ex Adverbio transit in Conjunctionem, ex Conjunctione in Praepositionem; pariter res se habet in vocabulo etiam usitatiore בְּעוֹד. — עַד עַתָּה i. e. usque ad hoc meridianum fere tempus. Ne ad modum versionis graecae et syriacae transferas: usque ad vesperam, dehortatur vs. 17. — זֶה saepissime in Adverbium vertit (Gr. 183), δεικτικῶς vel locum vel tempus ad manus quasi situm indicans cf. זֶה בַּנֶּגֶב hacce in regione meridionali זֶה שִׁבְעִים שָׁנָה etiamnunc (vel: jam) septuaginta anni. Ergo h. l. prope accedit ad vim vocis הִנֵּה זֶה = en hocce in loco. — בַּיִת in domo cf. 1, 9. i. e. in casa, vel tugurio vel villa quadam rustica.

8) שִׁמְעַת. Hac forma, cui propter debiliorem sonum Vocalis ă Dagesch lene insolentius inhaeret, saepius occurrit, quam altera שָׁמַעְתְּ Gr. 195, b. — תַּעֲבוֹרִי pro תַּעֲבְרִי. Rarius syllabam producendi genus (cf. Exod. 18, 26. Prov. 14, 3). Pariter in voc. תִּדְבָּקִין similem in modum atque alias, ubi Pausa locum habet, nec non in versu insequenti יִקְצְרוּן pleniorem formam videmus adhibitam, cf. Jos. 24, 15. Judic. 2, 2. Ps. 58, 2. 3. Gr. 68, e. 75, e. 199, c. Haud scio an loci citati, praesertim coll. יִשְׁאָבוּן vs 9., ostendant, non temere allocutionibus potissimum gravioribus hujusmodi graviores formas esse proprias. — וְכֹה „et sic“ i. e. ut in agro meo maneas, gravius quam ut aliis placet „sed hic“, quanquam כֹּה non raro et locum significare constat.

9) "עֵינַיִם ב absolute positum, ut Ps. 38, 8. ubi vertas: „suadeam tibi, oculis meis tibi invigilantibus.“ Hebraei non modo Participio absoluto non carent, vid. Jon. 2, 6., sed aliis quoque variisque modis hac libertate utuntur. — וְצִמְּתוּ defective scriptum pro וְצִמִּית, simul ita, ut Verb. ל"א id quod haud raro fit, transeat in Verb. ל"ה Gr. 195, b. — Subaudiri אִם, Hebraeis magis etiam proprium est, quam nostris. Quae quomodo orta sit locutio, a sermone latino et ipso neutiquam aliena, quaeritur. Tacita,

stigia sequens. Scito me interdixisse pueris, ne tibi sint molesti; sitisque ubi te corripuerit, ad hydrias discedas eademque de aqua, quam familia mea haurit, bibas.“ 10) Ad quae mulier in faciem procumbens et in terram prostrata illi „Nescio, quo pacto, inquit, tu me habeas in gratia, qui respicias mulierculam antea non conspectam cognitamve.“ 11) At Boasus respondit: „Ego vero satis sum certior factus, quid tu operae post obitum mariti tui socrui praestiteris, utque relicto parente utroque ac solo patrio ad populum antea tibi ignotum demigraveris; 12) per Dei fidem tibi imprecor, ut, quae de illis bene merita es, eorum mercedem cumulatissimam feras ab hoc Deo Israëlitarum patrio, cujus ad patrocinium tu te recepisti.“ 13) Ad quae illa „Utinam,

---

respondeo, subest vel interrogatio vel postulatio vel cohortatio cf. Zumpt 529. 780. Putsche philol. Jahrbb. 1855. S. 177 ff. — ad vs 7.) כֵּלִים. Singularis Num. quum formam exhibeat כֵּלִי, Pluralem כֵּלִים per Metaplasmum eundem, quem saepius apud Graecos deprehendimus, cf. ὀνείρατα, δένδρεσι et sim., effici putandum est. Subest Singul. כֵּל; cujus loco in usu est כֵּלִי. Utramque formam Singul. et כֵּלִי et כֵּל a radice ל"ה ortam esse, ut concedimus Ewaldo 186, e., ita jure miramur, quod vir doctissimus nescio quo modo dubitat, ejusmodi Anomalias, quas vocant, ut Metaplasmum, Heteroclita etc. admittere. — יִשְׁאבוּן Ipfctum ea, quae *saepe* fiant, significare, docet Gr. 136, c.

10) מְדֹרַע de h. v. vid. Lex., h. l. non tam = τί μαθών quam τί παθών i. e. qui fit, ut —, vel, si placet, praeter opinionem mihi accidit, ut — וְאַנִי vid. supr. not. ad 1, 21. — לְהַכִּירֵנִי, הָכִיר = יָדַע i. e. (cf. Ps. 1, 6. Amos 3, 2.) curavit. Haud dubie hunc *Paronomasiam* נָכְרִיָּה — לְהַכִּירֵנִי scriptor consulto interseruit. Nam ejus referebat, hoc dicendi genere prae ceteris eleganti et subtili, ut erant quidem Hebraeorum judicia, ostendere, Rutham haud temere Boasi excitasse observantiam, quippe qui primo occursu mulierem cognoverit non minus morum praestantia quam ingenii subtilitate eminere.

11) הַגֵּד. Hoc in *Infin. absol.* (Hofal) satis manifestum est, bene Gr. 280, b. docere, hanc locutionem indicare rem sine dubio certissimam ideoque saepius tacitam (h. l. subaudiendum: non temere et repentino lubito) contradictionem significare. Iis, quae Gramm. docet, equidem addiderim: ubi huic Infinitivo ea potissimum inest vis, asseverationi ut inserviat, tunc alternis vicibus Verbum finitum *aut antecedere* potest, id quod est usitatius, *aut* (cf. Jer. 38, 3.) *insequi*. Rursus autem, ubi idem Inf. abs., id quod non minus saepe fieri constat, potius actionem perpetuo ac sine mora continuatam significat, omnino, ni fallor, necesse est, *subsequatur* Inf. absol., antegrediente Verbo finito. — עָשׂוֹה seq. accus. cf. Gr. 282, a. et graeca εὐεργετεῖν, ἀδικεῖν, ποιεῖν τινα. — "וְאֶרֶץ מ. Non sine causa scriptor de Rutha Boasum videtur facere pariter loquentem, ac de Abrahamo Gen. 12, 1. dictum est, ut similem in ea praedicet animum fiduciae plenissimum. Sic quoque judicabis de insequ. versus voc. "וְתֵהִי מ, si quidem contuleris locum jure laudatum Gen. 15, 1, — "תָּמוֹל שִׁ. Conferre placeat Latinorum usum, qui et ipsi, ubi duo vocabula sibi opposita nihil aliud quam uni eidemque notioni significandae inserviunt, ut: „huc illuc, per aequa per iniqua, summi infimi“, Asyndeta adhibere solent.

12) פָּעֳלֵךְ i. e. quod posthabita patriae caritate cum socru tua fecisti. — "חֶסֶד ת" כ locutio tropica, poëtis Hebr. usitatissima, quae suavissime depingit animos ad modum pullorum prorsus confidentes et in tutela patroni sine ullo metu acquiescentes cf. Matth. 23, 37. H. l. non dubitaverim, quin ratio habeatur eximiae illius curae, qua in ecclesia israëlitica, ut mira erat legum humanitas, cum pauperes, hospites, parvuli, servi, tum prae ceteris viduae gaudebant Deut. 10. 14. 16. 24. coll. Act. 6, 1.

13) אִמְצָא etc. plerique sic interpretantur: faventem te mihi experior, atque, quod continuo sequitur כִּי נִחַמְתָּנִי quum singulare favoris sit jam experti signum, eos putaveris vera vidisse. Nihilo minus gravior erit sententia, ubi ejusdem locutionis sensum, quem non poteris non 1 Sam. 1, 18. pro vero judicare, hoc quoque simillimo in sermone praetuleris et hac fere verborum circuitione vertas: „impetrare mihi contingat porro gratiam, quam etiamnunc experta sum i. e. porro tuo me favori commendo; ceterum non est, quod hac de re dubitem; quippe quam erexeris jam solatio.“

inquit, tuam ego impetrem gratiam, domine, quippe qui me, quamvis ne ancillis quidem tuis aequiparandam, erexeris solatio et humanissime compellaveris.“ 14) Deinde, ubi prandii tempus advenit, „Huc accede, inquit, de hoc pane esura bucellasque tuas aceto intinctura“; et postquam a latere messorum assedit, ipse ei polentam porrexit; ciboque ad satietatem capto, quod reliquum erat, seposuit. 15) Denuo tunc quum ad spicas colligendas se convertisset, suis praecepit Boasus, ut ne inter manipulos quidem collecturam contumelia afficerent; 16) quin etiam de mergitibus jussit evulsas spicas relinquere, quas sine ulla objurgationum injuria colligeret muliercula.

17 sq.) Ita spicas illa in agro legit ad vesperam excussaque, quae legerat, grana (fuit autem circiter epha hordei) in oppidum asportavit et socrui jam spicas collectas conspicanti reliquias cibatus sui depromtas tradidit. 19) Et socrus „Ubi hodie, inquit, collegisti ubique opus fecisti? Bene equidem precor illi, qui te respexit.“ Tum illa socrui exponit, apud quem opus fecerit, docetque huic viro, apud quem operata

---

14) Mas. ad voc. גשׁי notant, in hoc uno vocabulo (מְעָה אַחַת) contra regulam inesse duo (ב) accentus (טְעָמִים); rursusque וַתֹּתַר altero quodam cod. legi וַתּוֹתַר. Ceterum utramque formam pro Ipfcto Hif. habere licet; id unum quaeritur, utrum brevior an productior Vocalis praeferenda sit. Quoniam autem aliis quoque in exemplis Pathach pro Ssere vel Segol positum in Pausa deprehendimus, cf. וַיִּדְבַּק, וַיִּדְרַךְ, lectionem וַתּוֹתַר magis probaverim, quum praesertim Ktib plerumque ut difficiliorem ita rectam lectionem exhibeat. — לעת cf. 1, 4. — האכל prandium, quoniam post coenam opus facere non solebant, quod fieri memorat vs 15. 59. — Aceto ut Hebraeos ita Romanos summam vim refrigerandi attribuisse, documento est Plin. Hist. nat. et Matth. 27, 34. 48. — ויצבט. Subaudi, si velis, הַצֹּבֶט Gr. 294. — קלי. Grana hordei igne tosta, qualia hodieque a messoribus Palaestinensibus edi advenisque porrigi, unus e recentioribus illorum locorum scriptoribus, Robinson ipse usu expertus est. — ותתר sc. secum allatura domum.

15) "בין. Boasus versa pedetentim misericordia in benevolentiam et urbanitatem plus videtur concessisse, quam quod Rutha sibi sumserat (vs. 7.), si quidem per legem et usum licebat. Ultra etiam (vs. 16.) mira humanitate non solum necessitati sed etiam verecundiae mulieris consuluit. Quae ne superaddita munera, qualia generosioris animi homines in manus sibi tradi facile pudet, accipere gravaretur, evellendas praeter morem spicas curavit, quas illa quasi fortuito inventas bona fide et salvo pudore colligeret. — צבתים ἅπαξ λεγόμενον, cujus radix in aramaica quidem dialecto non deest, forsitan et in verbo pariter ἅπ. λεγ. צבט vs 14. resedit, non potest non majores fasciculos i. e. mergites significare, de quibus vid. supr. vs 7.

17) חבט. Hanc triturae rationem, baculis frumenti leguminumve grana excutiendi, cf. Jud. 6, 11. ab antiquissimis inde temporibus usque ad nostram aetatem apud incolas Palaestinae in usu esse, auctor est idem Robinson modo laudatus. Ubi autem major frumenti copia suppetebat, illa antiquitas aut tribulis i. e. plaustris trahisve (vid. Lex. s. v. מוֹרַג) aut ungulis jumentorum grana dabant exterenda — כאיפה. Hanc mensuram quinquaginta fere libras aequare, computant docti.

18) ותשׂא sc. hordeum excussum. Ubi salva rei perspicuitate subjectum aut objectum potest omitti, non dubitant omittere Hebraei, vid. supr. vs. 3. — ותוצא cf. Gen. 14, 18. ex pera vel sinu. — הותרה Perf. praesertim in enunciatis adjunctis nostri plusqpfcti partes explere, non est quod pluribus moneamus.

19) ואנה. Sicut שׁמה modo significat „illuc“ modo „illic“ vid. 1, 7., ita אנה (proprie אַיֵּנָה ab אַי cum ה locativo derivandum) plerumque = quo, nonnunquam = ubi. — עשׂה objecto carens pariter ac nostrum schaffen, arbeiten haud ita raro majore cum gravitate dictum legas, ut potissimum Ps. 22, 32., quem ad locum illud τετέλεσται Joh. 19, 30. respicere videtur.

sit, nomen esse Boaso. 20) Et Noomia ad nurum: „Imprecor illi gratiam Dei nostri, qui qua est benignitate et vivorum et mortuorum res prosperare non desiit. Ille enim vir, adjecit illa, propinquus nobis est eorumque de numero, penes quos est res nostras redimendi potestas.“ 21) Et addidit Rutha, Moabitis: „Quin etiam illum me

20) Illico Noomia coepit divinare, Boasum ut marito suo cognatum eum fore, quo Deus ministro gratiae sibi Ruthaeque afferendae sit usurus. — ברוך ל׳. Non minus quam Latini amant Hebraei verbo passivo illud nomen, quod auctorem rei agendae significat, suo casu tertio (לְ) adjungere. — חסדו את. Haec et ipsa locutio pertinet ad illud Latini pariter ac Graeci sermonis genus, quod Grammatici vocant *Hyphen*, cujus exemplum apud Caesarem exstat: domum itio et sim. (cf. ἀπάντησις c. Dativo). Hanc rem a Grammaticis linguae Hebr., ni fallor, etiamnunc haud satis illustratam, accuratius ita definias, esse nomina Substantiva quaedam, quae, quoniam actionis vim continent, ad modum Verborum casum (אֶת־) admittant. Id quidem fieri 1 Sam. 2, 13. in Nomine משפט ibidemque vs. 17. in Subst. חטאת in promtu est; חסד את invenies et 2 Sam. 16, 17.; eodem pertinet Am. 4, 11. כמהפכת אלהים את־ סדם. Observatur scribentis animo h. l. Verbum עשׂה c. Accus. vid. vs. 11. Similis constructio, sive dicimus praegnantem sive ad sensum, agnoscimus in ea locutione etiam usitatiore, ubi verbis vel passivis vel intransitivis את־ adjungitur Gen. 17, 5. 2 Sam. 11, 25. Gr. 295, b. — המתים. Tenerum quiddam et molle in h. v. cernitur cf. 1, 8.; scilicet non est nisi mentis vere liberalis et generosi, in rebus secundis absentium atque etiam defunctorum meminisse. Scite Grotius quoque h. l. annotavit: mortuis videtur benefieri, quum eorum causa benefit iis, quos illi caros habuere. — קרוב לנו Interpretes Judaei tantum non omnes consentiunt ex Ruthae libr. 3, 12 et Levit. 25, 48 esse colligendum, Boasi patrem fuisse Salmam (Salmonem) 4, 21, fratrem Elimelechi, unde sequatur, Boasum et Ruthae maritum pro patruelibus habendos. Pro certa quidem haec res non est affirmanda. — מגאלנו. Ex linguae quidem indole possit מְגֹאֲלֵנוּ peculiare nomen esse ejus, qui genere proximum cognatum הגאל excipit i. e. post Goelem proximus, ut statuit Ges. Lex. man. ab Hoffmanno recognit. 1847 s. v. גאל. Quoniam autem haec significatio nusquam alias occurrit et versiones veteres Pluralem exhibent omnes, suffragante Benary de leviratu pag. 24. not. 48, lubentius crediderim, aut ex auctoritate quorundam codicum legendum esse מגאלינו, aut, ubi in lectione recepta acquiescere malueris, גאל sensu collectivo positum nihilominus significare omne genus hominum, penes quos sit redemtionis jus. Praepositio מן autem subaudita voce אֶחָד cf. Jud. 10, 11 haud ita rara est, neque mirum id judicabis, si quidem Graecorum Genitivi partitivi omissa voce τις supplendi memineris, Gr. 294, c. Pariter בְּ in usu esse, docet Jud. 11, 35. — Goel autem dicebatur vindex pro propinquitatis jure legibus constitutus, isque, ut Benary l. c. pag. 22. recte discernit, „duplici ratione: vel enim vindex est *personae* cujusdam suae familiae repetens tam sanguinem cognati occisi (גֹּאֵל הַדָּם) quam libertatem venditi propter inopiam consanguinei Lev. 25, 47 sq., vel vindex *possessionum*, non solum tanquam legitimus bonorum *redemptor* ex paupertate a familia vel venditorum vel vendendorum Lev. 25, 24., sed etiam tanquam vindex bonorum in universum ad defunctum pertinentium, ideoque *heres* coll. Num. 5, 8. Jer. 32, 7. 8.“ Plura ad illustrandam hanc rem hujus libri causa cognitu dignissimam proponemus Capite quarto.

21) וגם כי. „Et id quoque scito — addit Rutha, ut est laudum benevolentiae a Boaso exhibitae plenissima — illum dixisse“ etc. Sic mihi quidem videtur oratio simplicissime procedere. Alii subaudiri jubent: benedictus sit cf. vs 19. 20. Utique deest aliquid, quod subaudias, quod et Masorethae indicant posito signo Psiq. Verum facillime addideris „scito“, quod et ipsi Latini Graecique saepissime omittunt v. Liv. I, 28, 5. I, 53, 7. Pariter res se habet in loco simillimo Jos. 22, 7., ubi qui fiat ut Ewaldus Gr. 362 vertat: „obwohl“, equidem non intelligo. — נערים. Haec vox quum et operarios et operarias complectatur, non est quod hoc dictum discrepare putes a versu 8. — אשר לי. Sic plenius, at dictione apud vetustiores scriptores haud ita usitata magisque ad modum linguae aramaicae, pronomen possessivum significatur.

scito monuisse, apud suam familiam ut haererem, donec omnem messem suam perfecissent.“ 22) Cui socrus: „Et sane bene se res habet, quod ejus operarias secuturam non erit periculum ne quis te in agro alio quopiam violet.“ 23) Itaque illa apud Boasi ancillas haerens colligebat spicas, donec hordei triticique confecta messis est; posteaque apud socrum mansit.

CAP. III.

1) At Noomia socrus sic eam allocuta est: „Enimvero, mi filia, requiem tibi quaeram, ut bene sit tibi; 2) et nunc, quandoquidem Boasus e cognatione nostra est, cujus cum puellis fuisti, eundem scito in area hordeum ventilaturum hac nocte. 3) Proinde

---

22) טוב i. e. adnuo tuis verbis, male non ages, si — cf. 2 Sam. 3, 13. 18, 3. — ולא = et tunc non irruent in te — idem quod: ut ne, ὥστε μή (beabsichtigte Folge). — Hordei messis fit initio, tritici sub finem rei messoriae, illo temporis spatio, quod inter festum Paschale et Pentecosten intercedit, absolvendae.

Argum. cap. II., 1—2 Rutha exit spicas collectura; 3—7 in Boasi devenit et agrum et cognitionem; 8—16 ab illo humanissime compellatur habeturque; 17—23 ad socrum reversa ab illaque laetissime excepta jam notitia rerum ad Boasum pertinentium instruitur.

1) הלא intentius affirmat cf. 2, 8. 9. perinde ac si dicat Noomia: „nemo infitias ibit, aequum esse meaque plurimum interesse, ut —“; unde facile colligas, mulierem nihil spectare, nisi quod bona fide ut majorum instituto vel lege quadam sancitum liceat quaerere. — מנוח id. qu. מנוחה 1, 9. — למען = אשר cf. Gen. 11, 7. Gr. 337, 2. — ייטב impersonale cf. ad 1, 20. Gen. 12, 13. Gr. 295.

2) מודעת. *Abstractum*, quod saepissime per formam feminini constat significari Gr. 166, apud Hebraeos non minus frequenter quam apud Latinos (cf. flagitia = flagitiosi Sall. Cat. 14, 1., servitia = servi, latrocinium = latrones Cic. Off. 11, 11. aliaque id genus, vid. Naegelsbach Stil. 2 Ausg. §. 15., adde nostrum: mein Besuch ist abgereist etc.) concreti seu Substantivi seu Adjectivi in locum substituitur, ut גָּלוּת = exilium et exules, פְּקֻדָּה munus et magistratus, שָׁלוֹם pax et pacatus, תּוֹעֵבָה abominatio et abominabilis. Ceterum cf. not. ad 2, 1. — זרה. Participium pariter tempus praeteritum et praesens et futurum significare, docet Gr. 168, b. Fit autem ea *ventilatio* per dispersionem granorum, cujus ope glumae, paleae, aristorum spicula trituratione contrita auferuntur. Quam ad rem quum reflante quapiam aura opus sit, et areae sub dio solebant esse et nox, quae in Oriente quidem ventosior est, deligebatur (Gen. 3, 8). Ventilare aream autem dici pro hordeo, quod est in area, in promtu est. Similem locutionem vid. infra vs 4 et 1 Reg. 17, 14. כד הקמח לא תכלה pro קמח בכד. — הלילה i. e. hac, quae instat nocte, cf. היום = hodie.

3) ורחצת, ו cum *Perf. consecutivo*, quod est Accentu ultimae syllabae apposito insigne (si quidem per formae naturam licet Gr. 234) breviter dictum pro: quae quum ita sint, fieri non potest, quin laves te i. e. proinde lava te. Actio lavationis quanquam adhuc imperfecta est, tamen quia mens consecutionem rei ut rem haud dubie certam anticipat, quasi jam perfecta proponitur. Huic locutioni Hebraeis propriae, quae Perf. in Imperfectum vel Imperativum convertere videtur, non modo ubi Ipfcta vel Imptvi antecedunt, locus est, sed ubicunque vivida cogitandi vi res e praesentia cum necessitate quadam proventura anticipatur Gr. 344. Ita Ps. 25, 11. locus nostro simillimus sic interpretandus est: propter nomen tuum i. e. quoniam spectatae Deus es potentiae fideique, pro certo habendum, veniam te dedisse culpae meae. Videmusne, hunc Perfecti usum, prima specie satis mirum, prope accedere ad illud, quod vocant, Perfectum propheticum? Neque tamen non Latini, iique et ipsi Graecorum exempla sequentes, simile quid habent, ubi „oportuit“ dicunt pro „oportuisset“, vel ubi

lava et unge te, pallioque superinduto ad aream illam descende, sed cave, ne viro ab illo cognoscaris, donec cibo jam potuque sumto cubitum discesserit. 4) Exinde

---

Tacitus Annal. 1, 65 „circumveniebatur Caecina, ni — prima legio sese opposuisset“ et al. locis permultis Indicativum adhibent loco Conjunctivi cf. Z. 519. Quid? quod poëta noster pari locutione Tellium suum facit exclamantem:

„Mit diesem Pfeil erschoss ich Euch,
Wenn ich mein liebes Kind getroffen hätte“,

nulla alia de causa, quam quia commotissimum patris animum vividius depingere sibi videbatur, si rem hypothetice futuram ut certissimam ideoque quasi jam perfectam proposuisset. Denique usus Fut. exacti pro Futuro simplici, qui quidem apud Romanos haud ita rarus est, ut celeritas actionis perfectae significetur Z. §. 511., eodem pertinet. Jam vero et illud *Imperfectum consecutivum*, quod vocant, cui וַ praefigi solet, pari modo potest illustrari. Quid est, quod Latini loquuntur: „memini audire“, pro „audisse“? Grammatici recte respondent (Z. 589.): „es ist eine lebhaftere Art der Darstellung, indem man sich in die Vergangenheit, als ob sie noch nicht abgeschlossen wäre, hineinversetzt.“ Nec minus recte ad Caesaris bell. civ. 1, 21, §. 3 Heldius annotavit: „der Conjunctiv des einfachen Verbi (accideret — exciperent) wird statt der periphrastischen Conjugation öfter gebraucht, um die Lebhaftigkeit der Darstellung und die Theilnahme des Lesers an derselben zu erhöhen, indem durch dieses Hereinziehen der Zukunft in die Gegenwart die zukünftige Sache dem Geiste derjenigen Personen, von welchen erzählt wird, näher gerückt und das, was erst geschehen soll, dargestellt wird, als wenn es schon jetzt geschähe.“ Eodem denique pertinet usus Praesentis historici. Id quod apud Latinos subinde fit, apud Hebraeos puta in regulam abiisse nec jam erit, quod de hac temporum conversione vel potius volubilitate mireris. Modo ne illud, quod Ewaldus Imperfectum nominat, falso antiquatoque nomine Futuri appelles; contra quaeritur, num rectius dicas Temp. praesens, cujus ad naturam quidem alterum hoc Tempus Hebraicum proxime accedit. — וסכת. Ruthae quoniam non magis per paupertatem quam propter delitescendi studium neutiquam licebat, sumtuosis et odoriferis unguentis uti, h. l. de simplici tantum oleo ut consueto mulierum ornatu cogitandum est. — ורחצתי. Quum Qri usitatam formam וְרָחַצְתְּ restituat, Ktib jubet legi וְרָחַצְתִּי. Haec 2 pers. fem. sing. forma aramaice sonans apud complures posterioris aetatis scriptores V. Tti occurrit praesertim in pron. pers. אַתִּי. Veri simile est, syllabam ti, quae in 2 pers. sing. fem. Impfcti etiamnunc superest, primitus etiam in Perfecto non defuisse, verum decursu temporum detritam esse Gr. 184. 190, c. — ירד respicit Bethlehemi in montis jugo situm. — לאיש. Ad Boasum spectari, Articulus ostendit.

4) המקום i. e locum in area sub divo, ubi etiamnunc frumenti custodiendi causa fundorum possessores pernoctare memorat Robinson. — מרגלתיו = locum, ubi pedes sunt (Gr. 160, c) pro tegumento pedum extremo, simili metonymia ac vs 2. Ad pedes autem cubare jubetur Rutha, ut quasi pedibus viri se subjiciens humilitatis signum exhibeat. Hac autem de re ipsa iisque, quae jam insequuntur, noli perperam judicare. Noomia enim quum et bona fide cuperet, ut Ruthae rebus consuleretur (sive redemtione agri conjugioque cum Boaso contrahendo sive consilio quopiam alio petito) et virum illum jam intellexisset mulieri orbatae opisque indigenti favere, non dubitat spectatae honestatis viro suam suorumque fortunam committere et deinde, quae ex re essent, instituere atque apparare, quippe quae, ut tum erant temporum mores nec non pro leviratus jure (vid cap. IV) usitata ac minime inhonesta viderentur. At Rutha, quamvis pro juventute juniori viro nubere sive potuerit sive maluerit, tantum abest, ut legibus moribusque parere tergiversetur, ut re ipsa confestim ostendat, non verba sese dedisse brevi antea profitendo: עַמֵּךְ עַמִּי. Fiduciae illa ut honestissimae ita legibus sancitae plena ipsa se viro uxorem offert. Quod Noomia suadet apparatque, quod Boasus nullo pacto vituperat, sed vs. 10 probat, caveamus, ne nos improbemus, immemores eorum, quae

observato loco, ubi cubuerit, illuc et ipsa adito ejusque tegumento pedum detecto accumbe. Ipse tibi quid facto sit opus aperiet.“ 5) Et illa: „quidquid tu mihi mandas, exsequar.“

6) Tum descendit in aream et, quidquid socrus mandaverat, exsecuta est. 7) Itaque quum Boasus sumto cibo potuque exhilaratus ad extremum frumenti acervum ivisset, ipsa clanculum accedens ejus detecto pedum tegumento accubuit. 8) Sed media jam nocte exterritus homo contrectando animadvertens mulierem sibi ad pedes accumbentem „Quisnam es?“ inquit. 9) Cui illa: „Ego sum Rutha, famula tua, proinde expandas oram pallii super famulam tuam; quippe penes te redimendi res nostras potestas est.“ 10) Ad quae hic „Imprecor, inquit, tibi, mea filia, Dei nostri gratiam, utpote quae pietatem superiore tempore exhibitam nunc superaveris, non secuta juniorum vestigia sive pauperum sive divitiorum. 11) Proinde noli metuere; quidquid

---

ipse *Cornelius Nepos* lectoribus suis commendat monetque, non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari.

5) Qri jubet אלי non scriptum adjici, citra necessitatem.

6) צותה non inepte dixeris contractum ex צִוְּתַתָּה; veruntamen praestat auctore Bertheau statuere, deesse signum Mappiq, quoniam haud ita raro fit, ut Suffix. 3 pers. fem. sono ideoque Mappiq signo careat vid. 1 Sam. 1, 6. * Inde sequitur, novissimum Vaticiniorum Amosi interpretem (G. Baur) feliciter conjecisse Am. 1, 11. שמרה vertendum esse: retinuit eam sc. iram (שָׁמְרָה).

7) ויאכל. cf. not. ad 1, 3. — ערמה acervus frumenti jam excussi et in area coacervati.

8) ויחרד. Boasus adesse quempiam sentiens, sed quis esset, primo inscius, ideoque rei ignotae horrore correptus inclinans jam inquirensque contrectando cognovit etc.

9) ופרשת i. e. ideo spero, fore ut expandas alas, idque certa mihi et quasi jam perfecta res est (cf. not. vs. 3). — Pro scriptura כְּנָפֶךָ quae per mendum irrepsit seu librarii cujuspiam seu Masoretharum, legendum est כְּנָפֶיךָ potius quam, quod Bertheau probat, כְּנָפֵךְ. Etenim et LXX vertunt πτερύγιον et כְּנַף הַמְּעִיל = ora pallii alias quoque Numero sing. occurrit. Jam vero quum Orientales pallio etiam noctu se involvere et tegere solerent, factum est, ut locutio פָּרַשׂ אֶת־כְּנַף אִישׁ per Euphemismum ad societatem *conjugialem* referretur. Quam ob rem et h. l. non possumus non vertere, in tutelam vel societatem tuam ut uxorem me recipe. * Ewald Alterth. p. 241 not. 3. argutius quam verius (coll. 1 Reg. 19, 19—21) de adoptione quadam cogitat pallii superinjecti symbolo indicata. Neque vero magis adsentimus Berthovio Metaphoram de avibus sumtam judicanti. At vero quod sunt qui ritum illum nuptialem hodieque apud Judaeos usitatum, quo fit, ut sponsus sponsam, quum fidem dat, parte vestis obtegat, illa a locutione putent originem traxisse, equidem non improbaverim. — כי גאל אתה i. e. talia me sumere et mihi vindicare, ne puta, alia quapiam de causa, nisi legibus de redemtione agrorum (vid. infr.) obsecuturam et familiae meae commodis inservientem.

10) מן הראשון i. e. tantum abest, ut tuo arbitrio matrimonium novum et tibi propter juventutem magis fere desiderabile captaveris, ut legem patriam secuta nihil aliud quam mariti tui defuncti memor et ejus patrimonium ex lege retinendum respiciens ne meum quidem viri senioris conjugium respuas. — אם־ואם sive-sive Gr. 361.

11) Pariter ac Latina locutione qui in publicum prodeunt iidem in forum prodire dicuntur, Hebraei voce שַׁעַר populum significant omnem per portam urbis intrantem exeuntemque et conventus ibi agentem. Etenim id est tenendum, portas urbium Hebraicarum non tam fuisse arcus transitorios, quales tibi potissimum Janos Romanos finxeris, quam aedificia amplioris spatii quoquo modo munita, quibus extrinsecus adjacebant fora quaedam רחבות Nehem. 8, 16., eademque circumclusa ferme erant loca modo angustiora modo latiori ambitu. Ibi oppidani partim judicia exercere aliaque negotia publica tractare, partim otiosi ad spectandum et confabulandum considere solebant.

dixisti, mihi in animo est tibi facere; neminem enim de nostra civitate fugit, esse te mulierem virtute insignem. 12) Atque vere res sic se habet; ego vero sum redemtor; ceterum alius quidam pro consanguinitate redemtionis jure me antecedit. 13) Quiesce hac nocte, mane dein, si ille suo redimendi jure ita voluerit uti, te ut ducat, bene est, ducat sane; sin recusaverit, ipse per Deum nostrum redemtionis jure te ducam, recumbe ad ipsum mane.“ 14) Recubuit igitur mulier ad pedes ejus prostrata ad ipsum mane, surrexitque, antequam quis alterum agnosceret; quandoquidem ille cavendum ratus erat, ne mulierem in aream devenisse resciscerétur, 15) et rursum „Porrige, inquit, manibusque retine amictum, quo es vestita.“ Quo facto ei admensus sex hordei mensuras imposuit.

16) At illa in oppidum reversa socrui jam interroganti: „Quomodo tecum agi-

12) Vocem אם ne Masoretharum ex auctoritate deleveris, neve, quod Bertheau probat, כִּי אִם idem putaveris significare, quod כִּי, sed locum expedire malis plenius sic vertendo: itaque vere res se habet, ut tu es locuta, neque tu contra jus fasque agis, sed —, cfr. quae diximus supr. 1, 17.

13) Refert h. l. ad id intendere animum, quanta cum humanitate Boasus, ne Rutha in sinistros rumores incurreret, curae sibi habuerit. — טוב. Adverbialiter positum idemque valens ac si plenius dicatur יֵשׁ טוֹב, cf. רַב = satis est. Ceterum h. l. non omiserim notare, saepius quam Grammatici seu jubent seu concedunt, Hebraeos Adjectivis et Participiis adverbiali sensu usos esse, ut מָלְא Jer. 12, 6. = plena voce, אָמֵן = revera, יוֹתֵר = magis, רַק = modo. * Atqui quid jam impedit, quo minus locum vexatissimum Psalm 2, 12. sic vertamus: osculamini i. e. venerantes consalutate *animo satis puro* et sincero i. e. fide vera, non simulata. Sic mihi quidem difficultates loci illius facillime videntur expediri, ut jam non opus sit, ad interpretationes confugere perquam contortas, quibus affluunt commentaria. — לִגְאָלֵךְ i. e. agri redimendi jure ita uti, idem ut te in matrimonium ducere non dubitet.

* 14) Hoc quidem in versu Masoretharum correctionem eamque duplicem non possumus non probare: scriptura enim מרגלרתי, quam cod. scriptus exhibet, defectiva, non raro quidem occurrit (in voce יַחְדָּו = una pleniorem scripturam nullis nisi tribus fere locis invenies), veruntamen quae in Nominibus quidem usitatior est scriptura h. l. praeferenda videtur; pariter בְּטֶרֶם praestat legere pro illa codicis scriptura בטרום, quae aut vetustatem olet, quod Ewaldo placet S. 717, Anm. 2., aut more aramaico formata est, ut judicat Bertheau. — אל. Huic Particulae locum esse, ubi quid quis cogitet, cupiat, spectet, dicendum est, hoc exemplo luculentissime apparet. Quodsi Boasus dicere vellet: „timeo ne cognoscatur“, Particula פֶּן requireretur, cf. Gen. 3, 22. Quam ob rem illa ipsa Particula ostendit, verba ותקם וגו ita inter se cohaerere, ut supra vertimus, scriptoremque id voluisse significare, Rutham Boaso de existimatione mulieris timente ipsamque hortante sub auroram surrexisse.

15) הבי cf. Lex. s. v. יהב et Gr. 227. — אחזי. Rursus lectio scripta formam אֲחָזַי alias non usitatam, quae Vocalem primariam retinuit Gr. 226 s. f., exhibet, Masorethae regulam sequentes recte legi jubent אֲחָזִי — שֵׁשׁ שׁ׳. Subaudiendus est mensurae modus Gr. 287, i; at vero non tam איפה, cui oneri portando Rutha impar fuit, sed, id quod Bertheau docet (m. vgl. seine Abhandlung über Maas etc. der Hebräer), tertia Ephae pars i. e. Sea; sex Seae igitur complent duas Ephas. Nomen autem שְׂעֹרִים pro Accusativo habendum esse docet Gr. 287, h. coll. 279. — Quod Boasus hoc donum addidit, non tantum ei curae fuit, Noomiae ut vel paupertatem sublevaret vel consilia probaret, sed etiam omnem ut eximeret suspicionem Ruthae primo mane ex agris redituraе graviorem.

16) מי את noli neque eodem sensu vertere et interpretari, quo vs 9. „quis tu es?“ neque, perinde ac si Rutham ante fores stantem alloqueretur; „tune es, quae intromitti cupias?“ sed potius: „quomodo negotium tuum cessit?“ Ad eam quaestionem accommodata sunt, quae sequuntur verba, nec non eum posse hujus quaestionis sensum esse, demonstrat simillimus locus Jud. 18, 8. מה אתם. Quomodo מה et מי differat, vid. Gr. 325.

tur?“ exposuit omnia, quae sibi homo fecisset, 17) addita voce: „Ecce sex mensuris hordei mihi superadditis „Nolo te, inquit, vacuam reverti ad socrum tuam.“ 18) Ad quae illa: „Opperire, mea filia, donec intelligas, quo casura sit res; nam vir ille non conquiescet, nisi hodie rem absolverit.“

CAP. IV.

1) At Boasus ad curiam in porta oppidi se contulerat ibique consederat, quum propinquum illum, penes quem erat redimendi jus, de quo locutus fuerat, praetereuntem conspicatus „Heus tu, o bone, inquit, paucis te volo, accede et hic asside.“ 2) Quam ad vocem postquam accessit et assedit, ipse adhibuit decem de civitatis senatoribus, eosque hortatus, ut ibidem assiderent, quum consedissent, illum sic alloquitur: 3) „Fun-

---

18) שׁבי i. e. remane domi quieta et secura neque de bono eventu anxie circumspiciens; nimirum alius quidam nobis consulet, idque quam brevissimo tempore. — כי אם. Sicuti apud Latinos „nisi“ et vocem nostram „ausser wenn“ significat et simpliciter alteram „ausser“ cf. Hand Tursell. IV, p. 221 sq., itidem apud Hebraeos res se habet, vid. Gr. 343, b.

Arg. cap. III, vs. 1—5. Noomia Ruthae suadet de ambiendo cum Boaso matrimonio; 6—15. quod quum et Rutha socrui morem gerens noctu exsequatur nec renuat Boasus, illa sub auroram largiter donata domum redit; 16—18 bene sperare reversam jubet Noomia et in posterum confirmat.

1) אשׁר. Verba declarandi, quae vocant, requirunt Accusativum, ubi res, de quibus quis disserit, simpliciter tanquam „Objectum“ significantur, — אֶל, לְ, ubi oratio quasi spectat in aliquid, — בְּ, ubi loquentes in materia orationis toto animo haerere et habitare videntur, denique עַל, ubi meditationis argumentum a mente quasi subigendum proponitur; tanta est in constructione Verborum varietas ac subtilitas. — פלני א vid. lex. Ceterum haud scio an פלני potius significet „tectum, occultum“, quam, quod Gesenio placet, „digitis distinctum“. Id quidem constat, hanc locutionem in usu esse, ubi nomen ejus, quem quis alloquitur vel de quo disserit, aliqua de causa reticetur. H. l. igitur plerique judicant, non Boasum haec dixisse, sed scriptorem, quum memoria nominis ipsius vetustate interierit, Nominis proprii loco haec vocabula inseruisse, sicuti apud nostros in usu est, N. N. apponere. Mihi potius hoc par Nominum pro vocativo et pro allocutione ex ore Boasi missa videtur habendum, sicut Graeci ajunt: ὦ οὗτος, nostri: He guter Freund! Etenim quanquam nomen ipsum vetustate abolitum fuit, scriptor libelli aliquod nomen viri ad res aptum suopte ingenio fingere non magis quam in aliis (vid. 1, 2.) dubitavisset. Ceterum hunc ignotum virum fuisse Elimelechi fratrem conjiciunt interpretes Judaei, quod nec affirmare nec refellere mihi in animo est. — וישׁב propter Pausam מְלֹרָע i. e. ὀξυτόνως eloquendum esse neque vero מְלֵעַל παροξυτόνως (ut alias fit, ubi h. v. orationi inserta est), diserte monent Mas.

2) Decemviros solemnibus actionibus fuisse adhibitos, docemur Jud. 6, 27. 1 Sam. 25, 5, idque propter hujus numeri sanctitatem quandam, cf. Exod. 12, 3. 20, 3—17. Lev. 16, 29. Ewald Alterth. p. 363 sqq. E senioribus autem a prima antiquitate cum praesides populi et singularum tribuum civitatumque tum judices deligebantur Ex. 3, 16. Num. 11, 16. Deut. 22, 15 sqq. Jos. 7, 6. 1 Sam. 11, 3. 2 Sam. 19, 11. Ceterum hac quidem in causa etiam reliquam civitatem assumtam fuisse, ostendunt vss. 4. 11.

3) Qui jam insequuntur versus ut plane conciperentur contrectarenturque quasi legentium mente, res, quae huc pertinent, jura, leges, mores, de quibus in omni hac actione quaeritur, pluribus antea illustrari oportuit. De quaestione universa id primum omnium est tenendum, ex rebus illis, actionibus, moribus, juribus, de quibus h. l. legimus scriptum, alia sine dubio in leges illas, quas habemus in Pentateucho litteris mandatas convenire earumque normam distincte propositam sequi; alia non

dum agri, qui Elimelechi consanguinei nostri fuerat, venum dedit Noomia, ex agro

tam per legem scriptam stabilita fuisse ac sancita, quam moribus, majorum institutis, vitae consuetudine usuque probata, ita tamen, ut ea et a lege scripta fluxisse et quid sibi velint satis intelligas; alia denique, quoniam nusquam nisi hoc libro commemorantur, esse hujus modi, ut, qualia revera valuerint jura moresve, in ambiguo sit relinquendum. Sic

a) de *fundis agrorum* — ut ad singula jam perveniamus — lege erat diserte cautum, ut nunquam nec defunctis patribus filiisque nec postquam propter egestatem divenditi fuerant, patrimonia ejusdem familiae esse desinerent sed reciderent ad suas quaeque familias, idque triplici modo: aut redemtione cognati proximi cujusque Levit. 25, 25., aut per conjugium illud, quod dicunt levirale, ut defuncto pristini possessoris filio, ad quem fundus hereditatis jure pervenerat, illius viduae per jus ac legem liceret, a fratre defuncti mariti sui (leviro) postulare, semet ut duceret uxorem et primogenitum ex hoc matrimonio filium pro posthumo defuncti fratris haberet, qui prioris mariti et in nomen et in partem patrimonii succederet Deut. 25, 5—10; aut denique per restaurandum anno jubilari agrorum statum Lev. 25, 28. Jam vero in libro Ruth quamvis valuisse tunc apud Israëlitas (alii minus probabiliter conjiciunt, etiam apud Moabitas) illam de leviratu legem aperte probetur 1, 12 seq., tamen hac in causa legi ipsi locus non erat, quoniam frater Machlonis Kiljonisque superat nullus. At ejusdem hujus libri capite 3. docemur — atque haec est prima legis mantissa, in quam incidimus —, non lege scripta sed more et usu fuisse institutum, ut jus illud viduae, matrimonium quoddam iteratum postulandi, latius patens etiam in unum alterumve ex cognatis defuncti pertineret. Veruntamen si quando ille, qui cognatione proxime accedebat, matrimonio illo denegato defuit officio a vidua ipsi injuncto, suo ipsi arbitrio licebat, alteri ex cognatis facere potestatem, eodem, quo ipse cessisset, utendi et jure et officio, ita quidem, ut ipse sic denegato matrimonii officio simul jacturam faceret illius, quod antea ei fuerat praecipuum, juris, defuncti agrum redimendi.

b) Quae redemtio quid sibi voluerit, priusquam accuratius inquiramus, paucis opus est perstringere, quo in *jure Noomia fuerit et possidendi agri illius et vendendi* atque quid *de venditione* ipsa sit judicandum. Hebraeorum pariter atque Atheniensium lege hereditaria sic erat institutum, ut filii potissimum sui quisque patrimonii essent heredes, quibus deficientibus et filiae certis quidem sub conditionibus possent in hereditatis partem venire (θυγατέρες ἐπίκληροι); at vero matribus familias viduisque assignata aliqua patrimonii parte redituve annuo consultum fuisse, nusquam legimus. Ne Num. 27. quidem hujus rei mentio facta ulla est. Contra ea Noomiam in jure vendendi ideoque in jure possessionis patrimonii cujusdam fuisse, hunc librum legentibus, praesertim 4, 3. 5. 9. neutiquam in dubio potest esse. Atqui id patrimonium quum (4, 9) Elemelechi neque vero patris Noomiae fuisset, non est, quod ambigas, quin mulieri non tam quod θυγάτηρ ἐπίκληρος erat (ut nonnulli inepta sagacitate opinati sunt), quam ipso hereditatis jure a marito fuerit relictum. Ex quo (coll. viduarum exemplis 2 Reg. 4. 8.) intelligitur, hac quoque in re moribus institutisque populi non scriptis usum quendam hereditarium, de quo lege ipsa nihil cautum erat, fuisse sancitum, eum dicimus usum, ut defunctis et marito et filiis, ita ut nepotes quoque deessent, id quidem patrimonium, quod filiorum fuerat, ad matres familias viduatas transierit. At Noomia quum possideret sine dubio et venderet (4, 3. 4.) illud patrimonium, tamen quando illud et cui vendiderit non pariter in aperto est. Proxime ad verum accedere mihi videntur, qui statuunt (Bertheau aliique), viduam post reditum ex agro Moabitico, priusquam illud Ruthae cum Boaso conjugium mente concepisset, egestate coactam fundum vendidisse, idque non tam Boaso, quod placet interpreti Syriaco, neque illi cognato N. N., quod Redslobius (die Leviratsehe bei den Hebr. 1836) contendit, sed cuipiam emtori, qui nemini fere nisi Noomiae et Boaso notus fuerit. Etenim id scire ne illius quidem cognati genere proximi referebat, quippe ad quem fundus ille ut nihil pertineret, dum Noomia in vivis erat, ita post illius obitum, nisi conjugium illud Noomiae sagacitate excogitatum intercessisset, hereditatis jure procul dubio transiturus fuisset.

Moabitico reversa. 4) Hac de re ego constitui te monere, ut agrum acquiras coram

c) Atqui hac ipsa de causa cognato illi *agrum*, de quo quaerimus, *redimendi* potestas quaedam erat legibus sancita. At dixerit quispiam, quid illi commodi redundavit ex ea redemtionis potestate, quid omnino hoc juris genus Hebraeis proprium sibi voluit? Cui rei a ceteris, qui novissime his de quaestionibus disseruerunt, non satis illustratae suffragante J. D. Michaeli (Mos. Recht 2, §. 73. S. 23) paucis mihi videor lucem posse affundere. Quoniam agrum hereditarium quum quis emeret, non ignorabat, non fore se perpetua in possessione, sed ita, ut tantummodo fundi usuram messiumque usque ad annum jubilarem venturarum fructus reciperet, potuit non fieri, quin pretium emtor solveret vilissimum. Scilicet quas fruges demum multorum exacto annorum spatio erat percepturus, earum una simul pensio erat ei solvenda, suoque periculo tolerandum, quidquid interea vel coeli forsitan intemperies vel hostium incursiones ac praedationes essent abrepturae. Ergo quod numerabat pecuniae ipsum fundi pretium minime aequabat. Possessores igitur per egestatem sua vendentes quum magnam sic jacturam facerent, quumque leges populi id ipsum spectarent, ut suo quaeque patrimonio hereditario aleretur familia, sapientissime et humanissime erat institutum, ut divenditos agros venditoribus ipsis, simulac res eorum familiares paterentur, etiam ante annum jubilarem redimere liceret. Quodsi illi id per paupertatem praestare non poterant, idem praecipuum suam in usuram 4, 5. redimendi jus, illa agri vilitate satis commendatum, erat penes cognatum genere proximum. Haec hactenus lege erant sancita Levit. 25, 24—28. Verum enim vero mores populi illa quidem Ruthae aetate aequius etiam et humanius consulebant egestati; moris enim erat, si consanguineus cognatione proximus quisque hoc jure suo nollet uti, ut alter quidam, qui longinquiore cognatione venditores attingebat, idem in jus succederet. Quid? quod ubi in familia illa vidua quaedam nubilis erat, cui conjugii officium, de quo supra quaesivimus, licebat postulare; ex cognatorum numero is, qui id officium praestare non gravaretur, ei qui deesset officio, etiam antecedebat jure. Haec igitur si recte perpenderis, jam non in obscuro relinquetur, Noomiae quidem plurimi interfuisse, agrum minimo venditum pretio utcunque potuit fieri et quam brevissimo tempore recuperare, idque, quoniam ipsi per egestatem non licebat, cognatorum ope, si quidem familiae ad paupertatem redactae consulere non gravarentur. Neque vero consulebatur simplici redemtione per cognatum proximum efficienda, abs qua quidem ille non habuit quod abhorreret 4, 4; sed ita demum, ut redemtor non solum redimendi jus usurparet, sed simul officio suo non deesset et conjugii illius conditione accepta fructum ejus agri Elimelechi potius familiae quam sibi ipsi vindicaret. Atqui vi legis cogendi ad hanc rem cognatorum aliquem, mulieri potestas fuit nulla nec potuit esse; nimirum ne levirum quidem fas erat vi legis adigi, sed pietate et aequitate commoveri. Praeterea illis, ad quos ex jure cognationis posthac patrimonium Elimelechi erat casurum, potius conducebat, hunc agrum ita saltem, ut conjugio illo inito ad familiam Elimelechi recideret, non redimi. Tunc enim ubi filius ex hoc conjugio esset natus, heredium non potuit non amitti; igitur utique periculum erat, ne lucrum cessans, quod vocant juris consulti, exsisteret. Idcirco Noomiam intelligimus cauta ingenii subtilitate magis a Boaso, qui ejusmodi jacturam non esset facturus, quam ab altero postulasse illud conjugii officium. Videmusne rem minime fuisse expeditam sed intricatam sane arduamque quam maxime? Nihilo secius perfecta non malis est artibus, sed sapientia Noomiae, Ruthae morum suavitate, Boasi liberalitate, denique Dei potissimum gratia et providentia. Rutham enim non tam Noomia instigante quam casu quodam Deoque viduae bene consulente in agrum Boasi devenisse, in aperto est. Immo vero quoniam Noomia agrum egestatis levandae gratia vendiderat, non possumus non sumere, hanc antea de beneficio quopiam ex cognatis redundaturo ne cogitasse quidem, sed Boasi demum humanitatem, Ruthae suavitate et honestate excitatam, consilium novum mulieris menti injecisse, ut agrum clausula illa annexa redimendum itaque Ruthae matrimonii conditionem proponendam curaret.

3) אח i. e. cognatus isque consanguineus, ut alias saepissime. — מכרה Perperam et contra grammaticae

his assidentibus, et coram senatoribus populi mei, quem si redimere tibi in animo est, redime; sin autem — conversus ad seniores adjicit — non redimet, monitum volo, mihi renuntiet, ut ego certior fiam; etenim nemini praeter temet redimendi jus est, et secundum te ego sum". Tum ille: „Ego vero redimam". 5) At Boasus: „Ubi agrum a Noomia acquires, eundem e manu Ruthae Moabitidis, uxoris defuncti illius, ita acquisiveris, ut defuncti nomen in hereditate ejus suscites". 6) Ad quae ille: „Non potero mihi redimere, ne meae detrimentum afferam hereditati; tu tibi redimito, quod

---

regulam alii vertunt: parat vendere, venditura est. Neque magis probandi, qui sumunt Boasum seu revera seu specie quadam simulata emisse fundum. Cum ambiguitate autem quadam ille locutus est, ut hominis, quem alloquitur, tentaret mentem ejusque consilia, priusquam sua ipse aperiret, conaretur elicere.

4) קנה minime idem est quod מכר, sed dictum vult B.: tua tibi agrum illum vindicandi vel redimendi potestate utere, id quod continuo per insequens verbum apertius indicat, nec non quod addit: נֶגֶד etc. satis demonstrat, agi de re solemniter tractanda, qualis haec ipsa redemtio est. — יגאל lectio Ktib procul dubio minus commoda est, quam Kri תגאל; veruntamen ab illa recedendum mihi non videtur, modo teneas, Boasum primo quidem cognatum fuisse allocutum, tum ad seniores assidentes conversum verba fecisse haecce: „ille si redimere gravatur etc.", postremo iterum appellasse cognatum. Locutio colloquentium alacrior, alias quoque haud ita raro obvia. — אגאל perinde ac si diceret: „scilicet mea praecipua agrum redimendi potestate uti non dubito, istud pretium, quod emtor solvit, et ipse libenter solvo." Jamque hominem suis ipsius verbis circumventum Boasus sic interpellat:

5) „Simulatque illud jus redimendi tibi vindicaveris, tuum erit, Rutham uxorem ducere, sin minus, ne agrum quidem possidere poteris, οὔκουν ἐξ ἡμισείας δεῖ μεμνῆσθαι τῶν νόμων (?), ἀλλὰ πάντα ποιεῖν κατ' αὐτούς" ut h. l. quidem bene rem dilucidat Josephus. — "מיד נ quod redemtione sic facienda agri possessio redire videbatur ad N., cujus per manus cognato redemturo traderetur. — ומאת. Redslobius scripturam opus esse mutari ratus censet legendum וְגַם אֶת־; citra necessitatem. Ne insequens quidem verbum, quamvis procul dubio commodius legatur קָנִיתָ, omnino postulat scripturae mutationem. Annon licet sumere, Boasum pariter ac vs. 4 vivida quadam et urbana locutione sic dicere: „acquisivero = acquiram (sicuti et Latini Futuro exacto pro simplici utuntur cf. Z. 511) i. e. meo quidem de pietatis officiis sensu ac de legibus moribusque nostris judicio putaverim, agrum e manu Ruthae ita acquiri, ut illa in matrimonium ducta Machloni heredi legitimo nomen excitem in ipsius patrimonio, ut filium, si qui ex hoc matrimonio procreatus fuerit, Machlonis in patrimonium succedere sinam." Haec autem idem valerent ac si diceret: „tu si acquisiveris agrum, acquires ita, ut etc." *Videant docti, hujusne locutionis ope Micha 6, 11. textus receptus commodam admittat interpretationem. Equidem horum locorum argumento usus non dubito contendere, apud Hebraeos fieri posse, ut vivida locutione per Personam Verbi primam idem significetur, quod nostri ope Pronominis „man" exprimunt.

6) Hac conditione proposita cognatus ille genere proximus, licet sui commodi tenacissimus videatur fuisse, suo redemtionis jure cedere mavult, quam Rutham ducere. Adeo rem ipsam quamvis non lege sed vitae usu ac moribus stabilitam in dubitationem vocare religioni ducebatur. Quis non miretur illa Sufetum aetate, propter morum labem animorumque ferocitatem infamata, in tot tantaque pudoris, modestiae, verecundiae vestigia incurrere? Bene igitur concionator ille supra laudatus praedicat: aus dem Büchlein Ruth weht uns ein stiller Friede an, als wären wir auf einer Reise durch die Wüste bei einer kleinen, aber desto lieblicheren Oase angekommen. — נחלתי. Bertheau hac voce recte censet virum illum nimis parcum de pecunia in redimendo agro insumenda eoque de dispendio *praesentis* — neque vero, ut Redslobius opinatur, venturae hereditatis — suae rei familiaris timere. — גאלתי jus redemtionis meum i. e. agrum, quem redimere per legem mihi licuit.

mei juris est; nam ipse quidem non potero redimere.“ 7) Erat autem olim mos apud Israëlitas, ubicunque vel redemtio vel permutatio fiebat, ut alter alteri detractum traderet calceum, et haec valebat testificandi ratio apud Israëlitas. 8) Itaque propinquus ille Boasum, ut sibi acquireret agrum, hortatus ipse detraxit calceum.

9) Tum Boasus ad senatores omnesque qui aderant conversus „Vestram hodie, inquit, obtestor fidem, me omne Elimelechi et omne Kiljonis Machlonisque patrimonium per Noomiae manus traditum acquisivisse, 10) itemque Rutham Moabitidem, Machlonis olim uxorem, in matrimonium mihi ita acquisivisse, ut defuncti nomen in hereditate ejus suscitarem, ne defuncti nomen ex sua consanguinitate atque civitate exscindatur; hujus igitur rei vos hodie testes estote“. 11) Et omnes, qui aderant in curia senatoresque

---

7) לפנים non raro Adverbii loco est cf. 1 Sam. 9, 9. — על pariter atque apud Graecos ἐπί tropice poni pro: ex, propter, sub conditione, aus Veranlassung non mireris, has Praepositiones עַל et ἐπί reputans primario sensu fundamentum significare, quo quid nititur. — נעלו. Calcei solutio in libris sacris quum aliud aliarum rerum fuerit symbolum, vel signum reverentiae Ex. 3, 5., vel ignominiae nota, si quidem mulier viro levirale conjugium repudianti calceum detraxerit Deut. 25, 9., at h. l. contestationem exhibeat, venditorem suo jure cedentem emtori facere potestatem, posthac suo lubitu agrum calcandi ibique ambulandi; nemini amplius in mentem veniet, Josephi auctoritati tantum tribuere, ut hunc ritum cum illo Deut. 25. memorato confundat. Bene id jam Rambachius vidit vir doctissimus et de interpretando hoc libello meritissimus idemque carminum sacrorum laude florens. * Eodem pertinere Ps. 60, 10 manifestum est, ubi poëta praedicat, Idumaeam se pariter habiturum ac solum fundumque, cui insistere, quo ut plena possessione sua uti liceat. Quare Hengstenbergium acutius quam verius interpretari putandum est: Edom werfe ich meinen Schuh zu i. e. es ist der niedrigste Sklave; etenim השליך על non idem est, quod השליך אל.

9) Singulari sagacitate seu Noomiae seu Boasi, quem miram omnibus rebus et sapientiam et liberalitatem exhibere intelligimus, id quoque cautum est, ne cognatus ille genere proximus aliquando post obitum Noomiae, ut Machlonis partem Boaso concesserat, ita Kiljonis saltem patrimonium sibi vindicaret. Hac de causa ab initio Noomia affirmaverat, sese vendere agrum, non Machlonis, sed Elimelechi patrimonium; ideoque Boasus magna gravitate idem argumentum premit. Si quis autem dicat, Boasi diligentiam non esse quod admireris, quippe qui Rutham mulierem probitatis laude insignem 3, 11. adamaverit; rursus ille eo magis laudandus est, quod tantum moribus ac legibus majorum tribuit, ut cognato illi genere propius accedendi praecipuum, quod ei erat, jus, si voluisset eo uti, minime denegaverit, nisi cessione rite facta Rutham se non ducturum professus. Adeo morem populi potiorem habebat, quam quae ipse videtur concupivisse. — קניתי i. e. hac ipsa testificatione coram facta jus in hunc fundum mihi habeo acquisitum. — מיד נ“. Ad Noomiam enim patrimonium prius venumdatum redemtione reciderat ejusque per manus traditum jam ad eum est, qui pactum a muliere matrimonium inire constituit. Quae res ne possit unquam in dubitationem vocari, additur vs. 10: omnem hanc actionem simul pertinere ad acquirendam uxorem Rutham, idque eo valere, ut non tam ipse sibi suisque commodis inserviat, quam Machlonis et memoriae et possessioni restituendae conservandaeque velit consultum.

11) הבאה. Errare qui putent, Participium apud Hebraeos nonnisi Tempus praesens significare, et h. l. docet. — בנו. Haec vox, unde בַּת בֵּן originem trahunt, ostendit Hebraeis filios filiasque quasi materiam fuisse visos, ex qua domus i. e. familiae exstruerentur cf. Gen. 16, 2. — שתיהם vid. not. 1, 9. — עשה ח“ male interpretantur: compara opes; potius significatur strenuitas, quam quidem ut et in connubio et in civitate exserat, oppidani benevolis votis optant magis quam monent. Ergo recte versio anglica: do thou worthily — and be famous. — וקרא i. e. filio procreando fac tu familiaque

„Nos vero, responderunt, testes sumus; faxit Deus et mulierem hanc, quam in domum tuam ducturus es, Rachelis similem Leaeque, de quibus Israëli nostro suboles est suscepta, et te ipse exhibeas strenuum patrem familias nomenque tibi concilies apud hanc civitatem celebratum; 12) fiatque per progeniem, quam Deus tibi hac ex puella dederit, domus tua similis domui Perezi, quem ex Thamare Israëlis sustulit.“

13) Duxit igitur Rutham Boasus in matrimonium, eaque ex conjugali consuetudine per Dei gratiam enixa illa filium est. 14) Tum mulieres Noomiam ita allocutae sunt: „Laudes gratesque agantur Deo nostro, cujus tu gratia jam non redemtoris destituta es patrimonio, et insigne nomen consequatur puerulus apud Israëlitas, 15) atque tibi animum erigat senectamque sustentet, etenim nurus tua tui amantissima eum peperit, quae quidem filiis tibi potior est septem.“ 16) Tum exceptum Noomia sinu puerulum exinde curabat gestabatque. 17) Vicinae autem dictitantes, Noomiae natum esse filium, nomen ei imposuerunt Obedi, et is fuit pater Isaei, ex quo Davides natus est.

---

ista nominis apud hanc civitatem consequatur celebritatem. Hanc vim voci שֵׁם inesse docet Gen. 6, 4. — Notatu dignum, h. l. quoque et magis etiam vs. 14, ubicunque animorum vigor gliscat, locutionem poëticum quoddam dicendi genus induere.

12) Desumta jam e majorum familiis, id quod moris erat Hebraici (Gen. 48, 20), bene precandi formula, insequitur singulare quoddam votum. Perezus in numero filiorum Judae a primis temporibus conspicuus et conditor hujus familiae erat (vs. 18 sqq.) et progenitor Bethlehemitarum fuisse fama fertur.

13) ויקח. ו non raro inservit complectendae summae rerum ex antecedentibus quasi redundantium cf. Gen. 23, 20. Gr. 332, 2. — הריון similis forma ut זִכָּרוֹן memoria, unde intelligitur, י primarium radici inhaerens in suum locum esse restitutum.

14) הנשים. Pariter ac supra 1, 19 conventus est muliebris, illic stupentium, hic Noomiae jam procul dubio in domum Boasi receptae congratulantium, ut vel scenici aliquid insit narratiunculae cf. Luc. 1, 58. — גאל puerulus vocatur recens natus, qui Noomiae ex filio Machlone nepos (vs. 17) vindex et redemtor futurus sit ampliori sensu, aviae posthac omnique familiae decus ac patrocinium allaturus idemque inter populares aliquando celebrandus (“יקרא ש). Tacite tamen hac voce significari videtur, redemtione illa a Noomia excogitata rem huc fuisse deductam.

15) ולכלכל. More apud Hebraeos usitatissimo altera verbi constructio — למשׁיב — transit in alteram, qua idem significatur. Omnino hanc linguam mirum in modum delectari varietate, multis rebus licet videre. — אהבתך. Non mirum, quod Mas. notarunt, Pathach h. l. minus usitatum esse quam Qamess v. Gr. 248. De re autem ipsa cf. I, 16. 17. — “כלתך י. His in verbis consolationis causa praedicatur duplex: et Machlonis quasi progenies tibi jam procreata est et nepos ille, quem nurus tui amantissima peperit, certe et ipse matris olim imitaturus exemplum pari te amore amplectetur. — שבעה cf. 1 Sam. 2, 5. ad significandam numerosam felicissimamque progeniem, cujus ipsi antea filiis ac stirpe prorsus orbatae hic unus filiolus futurus esset auctor.

16) בחיקה. Noli de adoptione cogitare; nihil significat, nisi teneritatem amoris et curae, qua puerulum avia est amplexa.

17) Ad rem cf. Luc. 1, 59 sqq. — עובד. Hoc nomen ei inditum est, quia pueri foret, omni servitio inservire (עבד) omnique officiorum genere colere aviam senio confectam universaeque familiae consulere. — “אבי ד. Hoc subjungitur, ut appareat, non vanas fuisse vel seniorum vel mulierum precationes votaque. Simul quod scriptor neutiquam dubitat, in memoriam revocare, magnum populi regem a pauperrima familia originem traxisse, satis apparet, quam flocci cum ipse tum aequales fecerint divitiarum bona nec sanguinis nobilitatem opum affluentia metiri solitos fuisse, id quod etiamnunc apud Orientis incolas deprehendimus.

18) Haec est igitur soboles Perezi: Perezus genuit Chezronem — — — Isaeus denique genuit Davidem.

18) תולדות. Eadem nomina subolis e Juda Jacobi filio oriundae invenimus 1 Chron. 2, 5—12. Matth. 1, 3—5. Luc. 3, 32 sq., ita tamen ut in T. novo auctoribus LXX interpretibus pro רָם scriptum legamus ἀράμ, quod haud scio an א prostheticum prodat.

20) Obedus nusquam pro Machlonis filio fertur, sed omnibus in libris ejus, quem natura dederat patrem, nomine appellatur. Inde recte conjicias, id quod 4, 5. legimus (להקים שם המת) per translationem quandam dictum eo valuisse, ut ad jus hereditatis magis pertinuerit, quam ad vitae usum et consuetudinem. שלמה noli mirari quod versu insequenti שלמון sonat; etenim alia similia variationum exempla exhibet Gr. 163. Plus tamen difficultatis in eo inest, quod per longam illam 476 fere annorum seriem, quae inter Nachschonem Mosi aequalem (Num. 1, 7. 2, 3. 7, 12) et Davidem intercessit, mira proavorum paucitas videtur numerari. Salmonem igitur ejusque posteros nimis longaevos fuisse oportet sumere. Hac re permoti complures Critici in dubium vocaverunt, num genuinus esset totus hujus loci contextus. Rectius autem jam unum de veteribus interpretibus, Clericum, putaverim judicasse, h. l. lacunam ex summa antiquitate ortam deprehendi eam, ut Nachschonem inter et Salmonem sex fere virorum nomina desint, quorum memoria vetustate videatur intercidisse. Huic conjecturae tanto lubentius assentieris, si coll. 1 Chron. 6, 32—38 libros sacros aliis locis huic eidem annorum spatio, quibus Davides a Mose distat, justum duodecim proavorum numerum nominatim attribuisse tibi persuaseris.

Arg. cap. IV, 1—8 Patrimonium Elimelechi hortante Boaso redemturum se quum cognatus genere proximus primo annuisset at mox conditione rei audita repudiasset, 9—12 Boasus et agrum redimit et cum omnium gratulatione contrahit matrimonium, 13—17 susceptoque jam e Rutha filiolo nomen inditur Obedo; 18—22 Genealogia usque ad Davidem subjicitur. — Masoretharum adnotationem in calce libelli oppositam sic vertas: Numerus versuum hujus libri Ruth octoginta quinque, et signum numeri inest in voce פֹּה quod legitur 4, 1. "סִרְהָ שָׁבָה פֹּה וגו; et dimidiam partem libri versus 2, 21 designat, ubi legis "רוּת וגו.

Reliquum est, ut pauca adjiciamus, quae ad librum pertinent universum.

1. Habemus igitur hoc libro litteris mandatam narratiunculam, quae ad eam pertinet *aetatem*, quum summa rerum penes Sufetes erat, eamque e placida et angustiori vitae consuetudine desumtam, qualem familia quaedam e majoribus Davidis exhibuit. Quod in singulare illius temporis spatium inciderint res hoc libello perscriptae, auctor ipse indicat 4, 13 sqq., unde apparet, Boasum Ruthamque aequales fuisse iis Sufetibus, qui anno fere ante Davidem centesimo rebus praecerant, Abdoni dicas Elonive Judic. 12, 11 sq. — * Errant igitur, qui Josephi auctoritate usi vixisse illos opinantur ea aetate, quum Eli pontificatum obtinuerit, nisi forte argumentatione parum firma sumseris, id quod Gallo cuidam, A. Archinardo placuit, Samuelem demum vicesimo post Elis obitum anno summae rerum fuisse praefectum, tum intercedente duodecim annorum spatio Saulum quadraginta annos regnaturum in imperium successisse (Herbst). Eadem de causa minus etiam videntur audiendi, qui famem illam 1, 1. Midianitarum incursionibus (Jud. 6 sqq.) allatam rati, Rutham statuerunt vidisse aetatem Gideonis, ducentesimo fere ante Davidem anno bellica laude florentis.

2. Quis autem *auctor* fuerit libri non magis liquet, quam *quo* fere *tempore* haec sit scriptura litteris mandata. Veruntamen non desunt argumenta, quibus auctorem non posse non multis post Davidem annis vixisse probaveris. Ut omittam enim haud pauca locutionis exempla huic scriptori propria, sive Aramaicam dictionem sive antiquitatem redolentia: 1, 13. להן — עגן; 1, 20. מרא; 1, 21. ענה ב; 2, 3. מקרה; 2, 8. 21. coll. 3, 4. 18. תדבקין — תעבורי; 2, 14. 16. צבת; 3, 3. coll. 4. ושׂמתי; 3, 8. לפת; 3, 14. טרום; 4, 7. קים; quod legimus 4, 7., morem quendam antiquitus apud Israëlitas usitatum ostendit

scriptoris animo obversari ut pridem abolitum. — * In ambiguo erit relinquendum, utrum brevi ante exilium illud Babylonium (Haevernick), an in ipso illo temporis spatio (Ewald) libri compositionem sumas fuisse factam. Quod uxores Moabitidas ducere aetate auctoris neutiquam pro re illicita fuit habitum, illud utique sententiam reprobat eorum, qui exacto demum exilio libellum scriptum esse opinantur. — Alterutrum denique ex iis, qui vel librum Judicum vel libros Samuelis composuerunt, ne pro auctore ducas, plura dehortantur; e contrario proxime ad verum videntur accedere, qui absolutis demum libris, quos vocant Samuelis, statuunt ignotum quendam auctorem, cujus scriptura alibi in V. Testamento occurrat nulla, eumque pariter docta antiquitatis cognitione ac mira res componendi describendique arte insignem, illis libris tanquam supplementum rerum ad Davidem pertinentium adjecisse, quod quasi „exordium esset librorum Samuelis et historiae Davidis vestibulum“, ut ait Augustinus. Haec omnia satis probata invenies cum a Berthovio, Ewaldo Gesch. Isr. I, p. 205 sqq. ed. 2. aliisque, tum a poëta nostro, cui prae ceteris de compositione librorum competit judicium. Apud Goetheum enim legimus (Noten und Abhandlungen zu besserem Verständniss des westöstlichen Divans, Hebräer): Das Buch Ruth kann bei seinem hohen Zweck, einem Könige von Israel anständige, interessante Voreltern zu verschaffen, zugleich als das lieblichste kleine Ganze betrachtet werden, das nur episch und idyllisch überliefert worden ist.

3. Jam vero si subtilius quaeras, quem ad *finem* auctor composuerit libellum, recte quidem, ut modo diximus, supplendae Davidis historiae eum inserviisse putaveris, ut hic liber pro mantissa 1 Sam. 16, 1. inserenda possit duci. Verum quum constet, nullum omnino V. Testamenti librum historicum, ne exceptis quidem libris Chronicorum, nihil aliud habuisse propositum, quam ut res belli domique gestae atque civium praeclarorum vitae simpliciter et Annalium more proderentur memoriae, sed quemlibet scriptorem id spectavisse, ut alia quaepiam praedicaret, doceret, animis mentibusque mandaret; eandem rationem et ipsum hujus libri compositorem fuisse secutum, nemo non erectioris mentis facile sibi persuadebit. Quid enim est, quod hic scriptor, quum de ceteris Davidis majoribus nil nisi nomina referret, his de proavis quam diligentissime ac studiosissime scripserit permultaque attulerit, quae non tam ad magnum populi regem quam ad angustum familiae illius Bethlehemiticae circulum ejusque vitam et mores pertinerent? — * Sed hac ipsa de quaestione, quem ad finem hic liber sit compositus, magnopere inter se dissentiunt viri critici atque — id quod ipsum non ultima subtilitatis et artis laus fuerit — alia aliis placuerunt. Voluisse enim alii illum censent matrimonium quod vocant officiosum commendare (Bertholdt, Benary), alii nihil aliud quam gloriae Davidis augendae inserviri putant (Eichhorn), pars hoc libro judicat monitum, ne Israëlitae exteros et exterorum potissimum connubia respuerent (Dereser). — Ceterum ubi ad ea attente animum adtenderis, in quibus vel describendis vel commendandis ipse auctor singulari studio et amore quasi atque ardore versatus sit, cfr. 1, 8 sqq. 1, 16. 17. 2, 11. 12. 3, 11. 12., tum jam non in dubio erit, quin id potissimum spectaverit, ut propositis Noomiae, Ruthae, Boasi exemplis in conspectum daret homines vere Israëliticos, qui Dei patrii et promissis et legibus, praecipue quae ad convictus domestici honestatem, salutem, sanctitatem pertinerent, diligentissime fuerint obsecuti. Eos igitur, qui posthabito quolibet commodo privato abjectoque omni timore fidei divinae fideliter sese committerent, et inter majores maxime eminere et merita summaque semper laude efferendos ut praecipuae gratiae divinae participes ita imitatione dignissimos esse, illud quidem, si quid aliud, hoc libello tacite monitum puta et commendatum. Similem in modum hac de quaestione disputatum legimus: Theolog. Stud. u. Krit. 1834, 1. p. 305 sqq. Ueber Geist und Zweck des Buches Ruth von Dr. Umbreit, Handb. der Einl. in d. A. T. von Haevernick §. 161. Quanta autem quamque subtili arte opusculum compositum sit omne, in singulis partibus quam concinnum rebusque ipsis accommodatum sit dicendi genus, fusius exponere omittam. Nonnulla huc pertinentia suis in locis summonuimus. Id unum noluerim tacere, in auctore, quem compluribus seculis post eam aetatem, quam descripsit, vixisse vidimus, tanto magis illud esse admirandum, quod rerum hominumque eas expresserit imagines, ut spirantes quasi antiquitatis ipsius vultus referrent. Singulatim hac de re praeclarissime exposuit Ewald Gesch. Isr. I, p. 205 ed. alt.

4. Postremo si ad *ordinem* librorum sacrorum, qualis quidem in hebraico V. Testamenti codice exstat, advertas, notatu dignum est, hunc libellum, — quum in versionibus graeca, latina (Vulgata), Lutheri etc. suum locum, quem res ipsa videtur postulare, inter libros Judicum et Samuelis obtineat et vetustioribus temporibus, quod testantur Melito, Origenes aliique, vid. Bertheau, ne pro singulari quidem libro sed pro annexa libri Judicum particula habitus fuerit, —, tertium in genus illorum librorum, quos vocant כְּתוּבִים, adscriptum esse, ac rursus in horum numero unum esse ex illis quinque voluminibus, quae nomine מְגִלּוֹת insignia Judaei prae ceteris magni aestimata festis quibusdam diebus in ecclesiae conventu publico legere censuerant. Quod qua de causa sit factum, haud recte judicare videntur, qui propter Davidis ac Messiae ab eo originem tracturi reverentiam et huic libello tantum statuunt fuisse tributum. Magis etiam errant, qui, quoniam hac historia una e majoribus Messiae feratur mulier Moabitica, propter salutem paganis quoque a Messia proventuram Judaeos hoc de libro magnificentius sensisse opinantur. Verum enim vero legis observantiam vitaeque sanctimoniam, quae in his exemplis maximopere elucescit, effecisse putandum est, ut liber tanti aestimaretur, quid? quod — si quidem fidem habent, quae a Judaeis tradita legimus — eo potissimum die festo, quem posteriora civitatis israëliticae secula gratam in memoriam legis divinae per Mosem cum populo communicatae agebant, Pentecostes dico die publice legeretur. Inde iis, quae supra (3) protulimus, novam lucem et confirmationem quandam afferri, in promtu est.

DRITTE FORTSETZUNG DER IM PROGRAMME VON 1844 GEGEBENEN NACHRICHTEN

ÜBER DAS

EVANGELISCH-THEOLOGISCHE SEMINAR SCHÖNTHAL.

(Erste und zweite Fortsetzung in den Programmen von 1848 und 1852.)

Im Personalstande des Seminars hat sich seit dem Herbst **1852** die Veränderung zugetragen, dass Repetent Christian Zeller nach 5½jähriger höchst anerkennenswerther Wirksamkeit den **9.** Februar **1854** auf die ihm zuerst in der Eigenschaft eines Amtsverwesers, und bald nachher definitiv übertragene Pfarrei Schöckingen abgieng. An seine Stelle wurde ernannt Ernst Gundert, Candidat der Theologie von Stuttgart.

Die dermaligen Lehrer sind:

Ephorus: Dr. der Phil. und Theol. Eduard Elwert.
Professoren: Dr. Eduard Eyth.
Ludwig Mezger.
Repetenten: Carl Benjamin Kraut.
Ernst Gundert.
Musiklehrer: Wurst.

Mit den im Einzelnen bemerkten Ausnahmen sind nachbenannte Zöglinge am **12.** October **1852** eingetreten.

I. Seminaristen.

Namen.	Geboren.	Vater.
Bauer [1]), Heinrich	9. Februar 1838 .	† Professor in Stuttgart.
Elsässer, Carl August . . .	17. Januar 1839 .	Färbermeister in Böblingen.
Fleischhauer, Gustav . . .	6. Mai 1838 . .	Pfarrer in Schmiden.
Gauss, Theodor Lebrecht . .	22. Juli 1838 . .	Reallehrer in Biberach.
Graf, Ludwig	9. März 1838 . .	Bäckermeister in Forchtenberg.
Harpprecht, Carl Ferd. Friedr.	11. Septemb. 1838	Pfarrer in Überkingen.

1) Den 2. April 1856 auf Ansuchen entlassen.

Namen.	Geboren.	Vater.
Hartmann, Paul	26. Februar 1838 .	Decan in Tuttlingen.
Helber, Carl Friedrich . . .	1. April 1838 . .	Traiteur in Ludwigsburg.
Helfferich, Paul Achatius .	21. Septemb. 1838	Archidiaconus in Hall.
Hertter, Christian Friedrich.	21. Januar 1838 .	† Küfermeister in Wildberg.
Hiller, Carl August.	15. August 1838 .	Schultheiss in Bondorf.
Hölder, Eugen.	12. Februar 1838 .	Director (a. D.) in Stuttgart.
Hornung, Otto Philipp Jacob.	28. October 1838 .	Rathschreiber in Tübingen.
Jauss, Adolph	22. Februar 1838 .	Institutsvorsteher in Stuttgart.
Keller, Otto	28. Mai 1838 . .	Professor in Tübingen.
Kern [1]), Heinrich	23. Januar 1838 .	Professor in Stuttgart.
Klemm, Ernst Christian . .	19. Februar 1838 .	Pfarrer in Schaffhausen.
Knapp, Paul	31. Januar 1838 .	Stadtpfarrer in Stuttgart.
Kübel, Robert Benjamin . .	12. Februar 1838 .	† Rechtsconsulent in Kirchheim.
Lebkücher, Rich. Christ. Friedr.	7. Februar 1839 .	† fürstl. Rath u. Arzt in Langenb.
Lindenmajer, Gottlob . . .	4. October 1838 .	† Pfarrer in Ober-Jettingen.
Mögling, Johannes	4. Juni 1838 . .	† Pfarrer in Gross-Süssen.
Rösch [2]), Adolph Immanuel .	17. October 1838 .	Oberamtsarzt in Gaildorf.
Sautter [3]), Christian . . .	31. December 1837	Schneidermeister in Tübingen.
Schauffler, Adolph Nathanael	10. August 1838 .	Pfarrer in Plieningen.
Schmid, Gottfried Paul . . .	10. Januar 1838 .	Schuhmachermeister in Tübing.
Schuler [4]), Emil Paul . . .	12. October 1838 .	Präceptor in Stuttgart.
Schüle, August	5. Februar 1837 .	† Decan in Vaihingen.
Schwarzkopf, Osc. Achill. Gust.	18. Novemb. 1838.	Oberamtspfleger in Aalen.
Stähle [5]), Emil Hermann. .	14. Januar 1838 .	resign. Pfarrer in Hegenlohe.
Stochdorf, Bernhard Emil .	14. August 1838 .	Pfarrer in Kilchberg.
Stockmayer, Otto.	21. October 1838 .	Oberamtmann in Marbach.
Werner, Samuel Heinrich .	12. Januar 1838 .	Pfarrer in Fellbach.

II. Seminarhospites.

Balz [6]), Ernst Valentin. . .	13. Februar 1838 .	Knabenschulmeister in Kirchh.
Christian [7]), Paul	5. August 1838 .	Stadtpfarrer in Sindelfingen.

1) Blieb mit dem Genusse des Geldsurrogats für die Seminarbeneficien auf dem Gymnasium in Stuttgart; wurde den 22. August 1853 auf Ansuchen aus dem Seminarverbande entlassen.

2) Den 17/20. Juli 1853 auf Ansuchen entlassen und mit seinen Eltern nach Amerika ausgewandert.

3) Den 31. März 1853 auf Ansuchen entlassen und mit seinen Eltern nach Amerika ausgewandert.

4) Den 22. April 1856 auf Ansuchen entlassen.

5) Den 17. October 1854 auf Ansuchen entlassen.

6) Den 26. April 1853 unter die Seminaristen aufgenommen.

7) Eintritt den 20. November 1855.

Namen.	Geboren.	Vater.
Eitel, Ernst	13. Februar 1838 .	Speismeister in Esslingen.
Eckardt [1]), Carl Friedr. Ludw.	8. Decemb. 1837.	†Ober-Justizassessor, Arbeitshausverwalter in Markgrön.
Leube [2]), Gotth. Friedr. Isaak	2. October 1838 .	Pfr. in Neuhausen, O.A. Tuttl.

III. Privathospites.

Kullen [3]), Christian	23. Mai 1838 . .	† Lehrer in Kornthal.
Leutze, Cuno Alexander . .	29. April 1838. .	†Schulth. in Eningen, OA. Reutl.
Vötter [4]), Carl Albr. Ludw. .	30. Juli 1838 . .	Pfarrer in Schlierbach.
Widenmann [5]), Friedr. Gust. P.	9. Novemb. 1838.	Oberamtmann in Herrenberg.

Von diesen Zöglingen hatten sich die zwei letztgenannten für das Fach der Regiminalwissenschaft bestimmt; die übrigen waren zur Vorbereitung auf das theologische Studium im Seminar und sind soweit sie diesem noch angehören, insgesammt zu der auf den 1. September d. J. beginnenden Concursprüfung behufs der Aufnahme in das höhere theologische Seminar zu Tübingen, beziehungsweise der Ermächtigung zum academischen Studium der Theologie, angemeldet.

Übersicht

der

vom October 1852 bis zum Ende Augusts 1856 behandelten und geübten Lehrpensen und Fertigkeiten.

A. Sprachunterricht.

I. Latein.

1. Exposition. Mündlich, Prosaiker: wöchentlich 4 Stunden.
Liv. I—III, 10.; *Sall.* Jug. Cat.; *Cic.* in Cat. I—IV. p. Arch. p. Mil. Off. I. II.; *Tac.* Ann. I—IV, 20.: Professor Mezger.

---

1) Ausgetreten zu Ende des Sommersemesters 1853, um sich dem Kaufmannsgeschäfte zu widmen.
2) Den 9. September 1853 unter die Seminaristen aufgenommen.
3) Den 21. Mai 1853 unter die Seminarhospites aufgenommen; entlassen durch Verfügung v. 29. März 1856.
4) Tritt zu Ende des Wintersemesters $18^{55}/_{56}$ aus und besteht die Maturitätsprüfung.
5) Wegen leidender Gesundheit ausgetreten zu Ende des Jahrs 1853.

Dichter: wöchentlich 2 Stunden.

Ov. Met. Auswahl von Feldbausch 1—6. 7. 14 f. 17—19. 23. 25.; *Virg.* Aen. I—III vollständig, IV—XII mit Auswahl; Georg. I. II. IV. Ecl. IV. VII. *Hor.* mit Auswahl; 85 Oden und Epoden; 10 Satiren; Ep. 1, 6. II, 3.: Repetent Kraut.

Schriftlich. Im dritten Semester wurde zweimal, in den folgenden je einmal ein grösserer Abschnitt des gerade vorliegenden Prosaikers in den diesem zugewiesenen Vorbereitungs- und Lectionsstunden einer Woche von den Schülern selbständig übersetzt und erklärt, mit nachheriger Durchsicht und Besprechung.

Perioden: durchschnittlich alle 14 Tage, Professor Mezger, Repetent Kraut.

2. Composition.

Schriftlich, Hebdomadarien: Professor Mezger.

Mündlich: wöchentlich 1 Stunde.

Nägelsbachs Stilübungen III, 1—38: Professor Mezger; III, 39—70., II, 1—84: Repetent Kraut. Hie und da Exceptionen.

3. Lateinische Aufsätze: in den zwei letzten Jahren, Professor Mezger.

II. Griechisch: wöchentlich 4 Stunden, Professor Eyth.

1. Exposition. Mündlich, Prosaiker: *Xen.* Mem. I—III, 14.; *Herod.* VII. *Plut.* Pericl. Caes.; *Dem.* Ol. 1—3.; *Plat.* Apol. Crit. Phaed.

Dichter: *Hom.* Il. vollständig; Od. I—XII privatim, unter Controle; *Soph.* Ant. Oed. Col. Ai. erste Hälfte.

Schriftlich: theils regelmässig wöchentlich ein Abschnitt aus dem gerade vorliegenden Klassiker, theils Perioden mit den Hebdomadarien wechselnd, besonders im letzten Jahr.

2. Composition.

Mündlich und schriftlich (Hebdomadarien).

III. Hebräisch.

Erstes Semester wöchentlich 6 Stunden; Unterricht in 2 Abtheilungen; Seffer, Elementarbuch S. 1—150: Professor Mezger und Repetent Kraut.

Zweites Semester wöchentlich 2 Stunden: Seffer S. 226—259; Buch Ruth; Schriftliche Compositionsübungen: Professor Mezger.

Drittes bis achtes Semester wöchentlich 4 Stunden;

1. Exposition. Gen., Stücke aus den übrigen Bb. Mosis, Josua, Jud., Sam. I. II., Ps. 1—63., Joel, Jona, Amos, Micha, Obadja, Haggai; ausgewählte Psalmen men und historische Stücke cursorisch;

2. Composition. Hebdomadarien, Exceptionen: Professor Mezger.

IV. Französisch.

Vom zweiten Semester an; in diesem 4, in den übrigen 2 Stunden, Repetent Kraut.

Grammatik von Knebel; Chrestomathie von Gruner und Wildermuth II.; Übungsbuch von Höchsten, mündlich und schriftlich mit Auswahl.

V. Deutsch: erstes bis sechstes Semester, wöchentlich 1 Stunde, Repetent Kraut.

1. Lectüre: Märklins Anthologie, erzählende Gedichte; Nibelungenlied; Wackernagels altdeutsches Lesebuch: Epische Poesie, Minnelied, didaktische Dichtung, Meistergesang, Volkslied, volksmässiges Epos, mit sprachlichen und geschichtlichen Andeutungen; Übersicht der Litteraturgeschichte seit Luther mit biographischen Skizzen und Proben, diese meist aus Wackernagel.

2. Aufsätze: 24 grössere; 20 kleinere, letztere in 1 Stunde mit freier Auswahl aus ein paar angegebenen Themen.

B. Wissenschaftlicher Unterricht.

I. Religion: Ephorus Elwert.

1. Neues Testament: erstes bis siebentes Semester wöchentlich 3 Stunden; im achten, zweite Hälfte, wöchentlich 2 Stunden.
   Marc., Matth., Luc., Act., Phil., Jac., 1 Petr., 1. 2. 3. Joh., Pastoralbriefe, 1. 2. Thess., Col., Gal., 1 Cor.

2. Religionswissenschaft: wöchentlich 2 Stunden.
   Alttestamentliche Religionsgeschichte; Einleitung in's neue Testament; neutestamentliche Religionsgeschichte; Kirchengeschichte bis auf Karl den Grossen; neutestamentliche Glaubenslehre; Umriss der christlichen Sittenlehre.

II. Geschichte: wöchentlich 2 Stunden, Professor Eyth.
   Weltgeschichte bis zur Gegenwart, nach Dittmars Leitfaden; im letzten Jahr Repetition des Ganzen und allgemeiner Überblick über den Gang der historischen Entwicklung.

III. Geographie: im ersten und den beiden letzten Semestern 1, sonst 2 Stunden wöchentlich.
   Vorbegriffe; die Oceane; Australien; topische Geographie nach Roon; alte Geographie von Afrika und Asien; Flüsse und Gebirge Europa's, Hämushalbinsel: Repetent Zeller. — Das übrige Europa mit geschichtlichen Rückblicken; Amerika; mathematische und physikalische Geographie mit Einschluss der Physik; politische Geographie: Repetent Gundert.

IV. Mathematik.

1. Geometrie: wöchentlich 2 Stunden.
   Im ersten Jahr Constructionen ohne Beweis, mit Aufgaben und Fragen; *Ohm* Kap. I. II.: Repetent Zeller. — Rest der Planimetrie nach Ohm mit etwa 350 Aufgaben; Trigonometrie und Stereometrie mit einer Selecta: Repetent Gundert.

2. Arithmetik: wöchentlich 1 Stunde.
   Vermischte Aufgaben über Bruch- und Schlussrechnung; Gleichungen des ersten Grades: Repetent Zeller. — Fortsetzung der letzteren; Buchstaben-

rechnung; Quadrat- und Kubikwurzeln; quadratische Gleichungen; Kettenbrüche; diophantische Gleichungen; Logarithmen; Zinseszinsrechnung; Progressionen; mit der Selecta: zusammengesetzte Zinseszinsrechnung, Rentenrechnung, figurirte Zahlen, combinatorische Operationen, Anwendung der Arithmetik auf Geometrie und Stereometrie; etwa 300 Aufgaben: Repetent Gundert.

V. Logik.

Von Neujahr 1856 an wöchentlich 1 Stunde, von der zweiten Hälfte des letzten Semesters an 2 Stunden, Repetent Kraut.

C. Fertigkeiten.

I. Declamation: wöchentlich 1 Stunde, Professor Eyth.

Übungen im richtigen und ausdrucksvollen Lesen; Vortrag auswendig gelernter klassischer Gedichte und Gesangbuchslieder; freies Sprechen in erzählender Form; freie Reden, besonders im Anschluss an historische Situationen.

II. Tonkunst: wöchentlich 6 Stunden, Schullehrer Wurst.

1. Gesang: Im ersten Semester gedrängter Singcurs; vom zweiten bis siebenten eine Reihe von Singstücken, anfangs im gemischten, später im Männersatz; sämmtliche Choräle des neuen Choralbuchs, meist einstimmig; im achten die neue Synodalauswahl der Choräle einstimmig.
2. Instrumentalmusik, von einem kleineren Theil der Zöglinge betrieben: Clavier, Orgel, kleines Orchester.

III. Turnübungen: Sommers wöchentlich 2, Winters 3 Stunden, unter Leitung der Repetenten Kraut und Gundert.

Hinsichtlich der Behandlung des Unterrichts im Allgemeinen ist zu bemerken, dass vom dritten Semester an in mehrfacher Weise der Versuch gemacht wurde, besondere Übung der Selbstthätigkeit anzustellen, indem man den Zöglingen von Zeit zu Zeit einige Lectionen für den Zweck eigener Ausarbeitung freigab, worüber in dem Correspondenzblatte für die Gelehrten- und Real-Schulen Württembergs 1855. Nr. 11. genauere Rechenschaft gegeben ist. Wenn auch, wie es in der Natur der Sache liegt, eigentlich greifbare Resultate nicht aufzuweisen sind, so glauben doch die Lehrer aus der gemachten Erfahrung sich von der Zweckmässigkeit und dem Nutzen dieser Übungen immerhin soweit überzeugt zu haben, dass sie eine weitere Fortsetzung derselben für hinlänglich gerechtfertigt halten.